

Charles Comyn

卷之三

Ex libris

16

卷之三

三

10

三

三

三

1

卷之三

1

卷之三

三

卷之三

三

三

三

卷之三

卷之三

144

ARITHMETI- CA PRACTICA.

*In usum Studiose Ju-
uentutis.*

ACADEMIÆ & VNIVERSITA-
TIS Vilnensis SOCIETATIS
IESV; nuperrimè confe-
cta; & in publicum data.



VILNÆ,

Typis Academicis Societatis IESV,
Anne M. DC. XXXV.

J N D E X

Partium totius operis.

- I. De partibus simplicibus numerorum integrorum.
- II. De partibus simplicibus numerorum fractorum.
- III. De partibus Compositis.
- IV. De Radicum extractione.
- V. De speciebus Astronomicis.
- VI. De speciebus Calcularibus.

Quibus accesserunt Communes Arithmetica Diuinationes.

AUTHOR OPERIS
AD
CANDIDVM
LECTOREM.

Superiuacaneum tibi forsitan videbitur candide Lector, Arithmeticam hanc à me nuperrime confectam, in publicum venire: quandoquidem huiusmodi Arithmetica præcepta, multi antea abundanter conscripta, typis euulgariunt. Verum huc meum qualem qualem laborem comprobabis, si penitus introsperieris, & opera aliorum aut non extare, aut eorum sufficientem

copiam nobis non esse : ex alia
verò parte summam vtilitatem &
necessitatem arithmeticæ in omni
ferè statu vitæ reperies. Ut reçé
Plato in Epinomide dixerit ; Plu-
dentiam atq; adeò humanitatem
omnem ē mundo eos tollere , qui
Arithmeticam ē vita tollunt: cùm
sine ea , neque publicæ neque pri-
uatæ res coi stare possint. Accipe
itaque opusculum breue , in quo ,
& si nihil noui , quod in alijs sparsim
non inuenias , videris , tamen
ea quæ varij legenda dederunt ,
ego hoc breui fasciculo , ea qua
potui breuitate & claritate vli
tuo propono. Vale can-
dide Lector , & frue-
re felix.

ARITH-



ARITHMETI, CÆ PRACTICÆ.

P A R S I.

DE PARTIBVS SIMPLICIBVS NUMERORVM INTEGRORVM.

ARITHMETICA est rectè numerandæ Scientia. Versatur circa quantitatem discretam, seu numerum, non Numeratum ut sunt tres homines aut tres leones, &c sed numerum Numerantem, ut sunt 1. 2. 3. 4. 5. 6. 10. 30. 69. &c. Diuiditur hic numerus Numerans, in Digitum qui est denario minor, t. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. Articulum qui in 10. artes diuidi potest, & Siphra habet ultimo loco, ut 10. 20. 30. 40. &c. 100. 110.

PARS I. CAP. I.

200. 260. &c. & in Compositum, qui ex
Digito & Articulo componitur, ut sunt nume-
meri pluribus notis scripti, quorum ultimus
non est Siphra, 12. 24. 36. 48. 152. 379 &c.

Quinque communiter partes seu Fractio A-
rithmetica ponuntur, Numeratio, Additio,
Subtractio, Multiplicatio, Divisio; ex his
Composita varia sunt. Regulatrum, seu Re-
gula aurea, Societatis, alligationis, Falso
Progressio. His quinque partibus non tantum
numeri integri sed etiam fracti continentur.

CAPUT I.

De Numeratione.

Numeratio est cuiusvis numeri propositi
per proprios characteres seu figuras de-
scriptio, atque expressio. Tres ad Num-
erationem necessaria sunt, Notatio sive Scri-
ptio, Valor notarum sive figurarum, & recta
Enunciatio.

Notatio seu Scriptio non eadem est apud
omnes, sed pro diuersitate linguarum diuersa,
scriptio apud Latinos alia est Ecclesiastica seu
Romana, qua Oratores, Historici, Scriptores
Latini

DE NUMERATIONE.

Latini & alij omnes, exceptu Arithmeticis & Mathematicis vtuntur: Huius elementa sunt
h.e.c. C. M. D. L. X. V. I. ex quibus omnis numerus componitur. Alia scriptio est Cur-
rens, seu ARTIS, qua Mathematici & Arith-
metici vtuntur: huius elementa sunt 1. 2. 3.
4. 5. 6. 7. 8. 9. 0. ex quibus omnis nu-
merus etiam maximus conflatur. Viramq;
Scriptionem Latinam, Romanam & Artis
sequens tabella monstrat.

I	2	3	4	5	6	7	8	9	10
I.	II.	III.	IV.	V.	VI.	VII.	VIII.	IX.	X.
II	15	19	20	30	40	50	80		
XI.	XV.	XIX.	XX.	XXX.	XL.	L.	LXXX.		
90	100	200	500	600	900	1000			
XC.	C.	CC.	D.	DC.	CM.	M.			
2000.									
MM.									

Circa scriptionem Romanam hac sunt ob-
seruanda. Primo, Has solummodo notas ite-
rato ad inuicem scribi posse M. C. X. I. non
sem has, D. L. V. nam mille non scribitur
sic modo D D, sed M. centum non LL,
sed C. Decem non V V, sed X. Secundo,
ex predictis notis iterabilibus C. X. I.

PARS I. CAP. I.

non sapius ponereas à veris eruditis quam ter;
hinc nonaginta non scribunt LXXX, sed
XC, nongentos, non DCCCC, sed **CM**,
quadringentos non **CCCC**, sed **CD**. Ter-
tio, Eisdem notis C. X. I. nonnunquam
postponi: quando postponuntur augent nu-
merum antecedentem tot vnitatibus, quot
ipsa per se significant, vt MC, vndecim
centena, seu mille & centum, MX, mille
& decem, DC sexcenti, DX, quingenti
& decem, LX sexaginta, L centum &
decem, XII, duodecim; Quando vero an-
teponuntur, tot demunt vnitates ex sequenti,
quot vnitatibus ipse constant, vt CM. non-
genti, CD quadringenti, XL, quadra-
ginta, IX nouem. Postponuntur & he V,
L, D, sed non antepoñuntur. Maior nu-
merus his notis rarius scribitur, si tamen es-
set scribendus, linea transuersa super quam-
libet illarum, notabit tot millia quæ con-
tentur vnitates in nota linea desuper notata,

— decem — Cen-
ut V quinqu₃ millia, X millia, C mil-
tum — quinquaginta
lia, tingenta millia, L millia.
M mille

DE NUMERATIONE.

M mille millia.

Valor Figurarum Artis duplex est, ratione duplicitis numeri simplicis & compositi. In simplicibus figuris, quae sunt nouem significativa, ut 1, unum, 2, duo, 3, tria, 4, quatuor, 5, quinq^u, 6, sex, 7, septem, 8, octo, 9, nouem. tot qualibet unitates complectitur, quanto ipsa loco sit posita incipiendo a sinistra dextram versus, ut patet in exemplo. Decima figura qua sic notatur, nisi numero significatio addita nil significat, qua ciphera, vel potius siphra appellatur, deducto nomine ab Hebreorum voce ספְּהָר, id est Numerus, uit; nam quamvis ciphera hinc deducta significet quemvis numerum significatum, prout nonnulli hac voce vtuntur, ספְּהָר sephar enim Hebrais propriè numerum significat, tamen iam longo vsu inualescente ab omnibus ferè ciphera, (qua cifra) pro decima figura elementari accipitur, qua ex communī vsu non prius proprio nomine ספְּהָר id est numerus appellatur, antequam cum numero significatio iungatur. In numeris vero compositis a dextra sinistram versus proce-

PARS I. CAP. I.

ciendo, primus valet seipsum, positus secundo
loco decies seipsum, tertio loco valet centies
seipsum, quarto tandem loco millies seipsum,
super quem etiam punctum notatur. Quod si
plures numeri fuerint quam quatuor, tunc
tursus quartus qui respectu antecedentium nu-
merorum millies seipsum significat, respectu sub-
sequentium sinistra versus seipsum significabit,
quintus decies seipsum, sextus centies seipsum,
septimus millies seipsum, idem septimus qui
respectu antecedentium significat millies sei-
psum, respectu subsequentium significabit sei-
psum, et annus decies seipsum, & sic consequen-
ter notando puncta supra quemlibet numerū
significantem millies seipsum respectu nume-
rorum antecedentium, post quem puncto no-
tatum, immediate sequens semper significabit
decies seipsum, secundus centies seipsum, ter-
tius puncto altero notatus millies seipsum.

In hoc notandum est siphram nihil signifi-
care per se sive primo, sive secundo loco &c. po-
natur, sed tantum figuram significatiuam to-
ries in valore augere, quo spatia sinistram
versus ab ipsa siphra occupantur, ut 1000.
quia uniuersus quarto loco ponitur cum tribus
siphrii

DE NUMERATIONE.

siphri mille significat, Hoc 1000 est numerus significatus, non ratione solarum siphra-⁶rū, nec ratione solius unitatis, cùm i ex com-
muni sensu Arithmeticorum non est numerus,
sed initium numeri, verum ratione unitatis
& siphrarum cum unitate positarum.

Porrò in numeris Compositis ille primus lo-
co ponidicitur, qui est primus à dextris, ul-
timo, qui est primus a sinistra; cuius ratio est
quia à Phœnicibus vel ut alij volunt à Chal-
deis, qui à dextris ad sinistram scribunt, Ar-
ithmeticā est inuenta.

Enunciatio non est eadem apud omnes;
nonnulli ad maiores numeros efferendos, mil-
lionibus (quorum quilibet millena millia con-
tinet) vtuntur: ut autem illos recte & expe-
ditè pronuncient, notant super prima à dex-
tris o, post quinque, figurū pratermissis, supra
sextam ponunt 1, rursus quinque pratermis-
sis supra sextam scribunt, 2, & sic deinceps.
Insuper adhuc ad faciliorem pronunciationē,
notantur quodam numeri punctis inferius, iuxta
prescriptum sequentis Enunciationis. Atque
hunc numerum sic efferunt.

PARS I. CAP. I.

3 7 4 8 7 4 6 9 5 4 3 9 9 7

Viginti septem millions millionum, quadrin-
genta octuaginta septem millia millionum,
quadringenii sexaginta nouem millions,
quinquaginta quadraginta tria millia, non-
genti nonaginta septem. Hoc hic obseruan-
dum si plures millions sunt pronunciandi, se-
mel tantum in recto dicitur millions, post in
oblique millionum toties, quos reliqua figura
significativa superposita fuerint numero ef-
ferendo.

Communior modus est quantumcumque nu-
merum efferendi per millia; quod ut facilime
fiat, notantur puncta sive etiam numeri su-
per numero efferendo, sumptus initio à dextra
finistram versus, signatur quartus, quo signa-
to, duobus pratermissis, signatur tertius, &
sic consequenter, semper duo pratermittun-
tur, & tertius signatur, quo enim puncta au-
toꝝ superposita fuerint, toties mille repe-
tendum erit, ut patet ex proposito exemplo.

2 7 4 8 7 4 6 9 5 4 3 9 9 7

Primum

DE ADDIT. INTEGR.

sub linea ponitur, addito tamen numero si qui immediate sit reseruatus. Quod si in superiori ordine plures numeri fuerint addendi, quam in inferiore, tunc peracta operatio ne additionis numerorum sibi subscriptorum, reliqui superioris ordinis addendi, præponuntur summe productæ, eo ordine, quo sunt supra scripti. Horum exemplum accipe.

$$\begin{array}{r} \text{Numeri} \quad 6 \ 4 \ 3 \ 7 \ 5 \ 9 \ 2 \ \text{Addendi.} \\ \qquad \qquad \qquad 6 \ 8 \ 3 \ 5 \ 4 \end{array}$$

$$\text{Summa} \quad 6 \ 5 \ 0 \ 5 \ 9 \ 4 \ 6$$

Dico primò 4 & 2 faciunt 6, quæ quia Digitus sunt, pono 6 sub linea, ut directè numero 4 & 2 recens modo in operationem assumpto, respondeant. Dico secundò 5 & 9 faciunt 14, quæ quia articulus sunt, scribo 4 infra lineam sub 5 & 9. & unitatem in mente reseruo. Dico tertio 5 & 3 faciunt 8, quibus additi unitate reseruata, producentur 9, quæ infra lineam sub 3 & 5 colloco. Dico quartò, 8 & 7, faciunt 15, rarsus quis 15 articulus est, scribo 5 sub 8 & 7.

PARS I. CAP. II.

¶ vnum reseruo. Dico quinto, 6 & 3, faciunt 9, quibus si addidero vnitatem seruatam, producentur 10: scribo ergo o sub 6 & 3 & vnum reseruo. Denum cum 4 & 6 non subiçiantur alijs numeri addendi, ideo 6 & 4 prepono summa producere, addita tamen vnitate reseruata ad 4 ut sint 5, & producitur summa duorum ordinum numerorum addendorum. 6 5 • 5
• 4 6.

Examen Additionis per sequentem speciem, id est per Subtractionem perfectissimum est, ideo merito alijs anteponendum; perficitur hoc modo. Vnum ex addendis subtraho à summa, seu numero ex addendis producto, tunc si residuum post subtractionem alter ex addendis fuerit, bonam operationem Additionis fuisse intelligo.

Examen per 9 non est adeo certum, potest enim post abiectionem 9, quoties fieri potest, tam ex numeris addendis, quam ex summa, ut tripli remanere par numerus, quando malae operatio additionis præcesserit. ut in sequenti exemplo patet, ubi post abiectionem iteratam 9, tam in numero addendo, quam in

DE NUMERATIONE.

Primum punctum 27 à sinistris hoc modo effertur Vigesies septies millies millies milles millia, Secundum punctum 487, quadringenties octuagies septies millies millies millia.

Tertium punctum 459, quadringenta sexaginta nouem millia millium, seu milles millia, Quartum punctum 543, quingenta quadraginta tria millia.

Residuum nongenti nonaginta septem.

Clavis vero nominaliter effert hoc modo, primum, Viginti septem millia millies millies millies, Secundum quadringenta octuaginta septem millia millies millies. Tertium, quadraginta sexaginta nouem millia millies. Quartum, quingenta quadraginta tria millia, Residuum nongenti nonaginta septem.

C A P V T I L.

De Additione.

Aditio est plurium numerorum in summa unam collectio. In additione tria praeiuvè sunt obseruanda, Collocatio, Operatio, & Examen.

PARS I. CAP. II.

Collocatio talis est, primò maior numerus summo ponitur loco. Secundo minor vel æqualis eidem rectè subjicitur à dextra sinistram versus incipiendo, ita ut primus sub primo, secundus sub secundo &c. collocetur. Porro numerus ille maior dicitur, cuius primæ à sinistra maior fuerit, vel secunda si primæ æquales fuerint figura, vel tertia, vel quarta &c. si antecedentes æquales.

In operatione à dextra sinistram versus procedendum est, addendo numero supra positio, numerum infra positum, & conflatum ex viroq; si Diginus sit scribendum est sub numero recente sibi additis, facta tamen prius linea sub numeru addendu, qua hos a summa, seu ex additione producto, discernat. Si vero compositus fuerit productus ex numeris sibi inuicem additis, tunc primò loco seu à dextris positus scribatur infra lineam sub sibi inuicem numeris additu, ex quibus ipse procreatus est, & alter memoria teneatur, vel in chara notetur, sequenti producto addendus. In additione ultimorum numerorum, cùm operatio finita sit, nihil seruatur, sed integer remanscus prout producitur per additionem,

sub

DE SUBTRACT: INTEGR:

Exemplum

$$\begin{array}{r}
 4\ 3\ 7\ 8 \\
 2\ 8\ 9\ 7 \\
 \hline
 1\ 4\ 8\ 1
 \end{array}
 \qquad
 \begin{array}{r}
 3\ 12\ 17\ 8 \\
 2\ 8\ 9\ 7 \\
 \hline
 1\ 4\ 8\ 1
 \end{array}$$

vel sic

Subduco in primis 7 ex 8 manet 1. sub linea ponendum. Secundo, Cùm subducere 9 ex 7 non possum mutuo à 3 numero sequente unitatem, qua iuxta 7 posita fuit 17, abstractisq; 9 ex 17 manent 8 sub linea ponenda. Tertio. Cùm similiter 8 ex 2 (in loco enim 3 tantum 2 ponenda sunt, propter unitatem mutuo ad 7 acceptam) subducere non possum, accipio unitatem à 4, quam pono ante 2, & prodeunt 12, à quibus 8 abstracta relinquunt 4 sub linea ponenda. Demum abstraho 2 à 3. (à 4 enim unitatem ad 2 acceperam) 1 manet, atque ita perfecta manet operatio.

C A S V S primus. Cùm 0 in numero subducendo ponitur, que cùm nihil à superiori auferre potest, ipse superior per se ponitur infra linam.

Exemplum.

$$\begin{array}{l} \text{Integer} \quad 9 \ 6 \ 3 \ 2 \\ \text{Abstrahendus.} \quad 6 \ 0 \ 2 \ 1 \\ \hline \end{array}$$

$$\text{Residuum.} \quad 3 \ 6 \ 1 \ 1$$

CASVS secundus. Cūm in numero integro, seu à quo alter subduci debet, ponitur 0, numerum à quo abstractio fieri non potest proximè sequens, in primis mutuetur vnitas à numero sequente 0, que iuxta 0 posita faciet 10, deinde accipiatur à 10 vnitatis, & ponatur iuxta numerum à quo abstractio fieri non potest. in loco vero 0 ponantur 9, numerusq; consequenter à quo accepta est vnitatis manebit vnitate minor.

Exemplum.

$$\begin{array}{r} 6 \ 0 \ 4 \\ 4 \ 7 \ 9 \\ \hline 1 \ 2 \ 5 \end{array} \qquad \begin{array}{r} 5 \ 9 \ 14 \\ 4 \ 7 \ 9 \\ \hline 1 \ 2 \ 5 \end{array}$$

vel sic

CASVS tertius. Cūm plures siphre sunt in numero integro, à quibus nec inferiores primari abstrahi, nec vnitas mutuo accipi potest,

DE SUBTRACT: INTEGROR.

in summa remanent 4, malatamen est ad-
ditionis operatio.

$$\begin{array}{r} 2\ 9\ 6\ 7\ 8 \\ 1\ 5\ 6\ 2\ 3\ 1\ 4 \\ \hline 7\ 6\ 9\ 0\ 9 \end{array}$$

C A P V T I I I.

De Subtractione.

Subtractio est minoris numeri ex maiore,
vel aequalis ex aequali subductio. Tria simili-
liter hic sunt obseruanda, Collocatio, qua
eadem est sicut in additione, Operatio &
Examen.

Operationem aggressurus sic procedo, com-
paro numerum inferiorem cum Superiore,
qui continuo erit vel aequalis, vel minor, vel
maior superiore; si aequalis, tunc subducto a-
equali ab aequali remanebit nihil; sub linea
ergo o scribenda est. Si minor, subtraho
eum à maiore superiore, & residuum sub li-

neat colloco. Si deniq; inferior maior fuerit
Superiore, dupli modo commodissime ope-
rationem instituere possum.

Exemplum	4	5	6
	3	5	6
	1	0	0

Exemplum	9	8	7	4
	6	5	4	2
	3	3	3	2

Primus modus Subtractionis.

In hoc primo subtractionis modo, cum in-
feriore numerum maiorem à superiore mi-
nore subducere non possum, à proximo sequen-
te mutuo vnitatem, quæ vnitas valebit 10,
quandoquidem mutuatur à numero, qui se-
cundo loco positus est ab eo numero à quo ab-
stractio fieri non potest, manebitq; numerus
à quo mutuata est vnitatis per se sumptus vni-
tate minor sumptus vero cum respectu ad nu-
merum à quo abstractio fieri non potest, mi-
nor decem vnitatibus.

Ex-

DE SVBTRACT: INTEGR.

est, tunc accipienda est vnitas à numero significatiuo proximè siphras sequente, qui vnitate minor remanebit, hanc vnitatem pone iuxta proximè antecedentem o ut sint 10; rursus ab his 10 accipio vnitatem & pone eam iuxta alteram antecedentem o, ut constituantur 10, & sic consequenter usq; ad ultimam o; in loco autem siphraꝝ propter abstractionem vnitatum à 10 pone e, & operationem aggredior.

Exemplum.

$$\begin{array}{r} 90000 \\ - 74632 \\ \hline 15368 \end{array} \quad \text{vel sic} \quad \begin{array}{r} 899910 \\ - 74632 \\ \hline 15368 \end{array}$$

CASVS quartus. Si numerum à quo abstractio fieri non potest, proximè sequatur vnitas, tunc post mutuo acceptam vnitatem manebit o, à qua rursus cùm abstractio fieri non potest, accipio vnitatem à sequente, quam addo o ut sint 10, & subtractionem à 10 facio.

Ex-

Exemplum.

$$\begin{array}{r}
 4\ 6\ 1\ 2 \\
 2\ 3\ 6\ 5 \\
 \hline
 2\ 2\ 4\ 7
 \end{array}
 \qquad
 \begin{array}{r}
 4\ 5\ 10\ 12 \\
 2\ 3\ 6\ 5 \\
 \hline
 2\ 2\ 4\ 7
 \end{array}$$

vel sic

C A S V S quintus. Cùm post acceptio-
nem vnitatis remanserit ultima integri, seu
à quo fit subtractio, aequalis ultima substra-
hendi, deberet infra lineam o scribi, ve-
rūm quia o à principio numeri à sinistris
posita, nihil significat, omittenda est simplici-
ter, & perfecta operatio relinquetur.

Exemplum.

$$\begin{array}{r}
 6\ 2\ 0\ 3 \\
 5\ 6\ 6\ 4 \\
 \hline
 5\ 3\ 9
 \end{array}
 \qquad
 \begin{array}{r}
 5\ 11\ 9\ 13 \\
 5\ 6\ 6\ 4 \\
 \hline
 5\ 3\ 9
 \end{array}$$

vel sic

Secundus modus abstractionis.

Hic secundus modus, quem tradit Clavius
§. 3. Arithmetica practica, multo facilior est
priore, & sic habet. Quando numerus infe-
rior, seu subducendus, est maior Superiore, seu
inte-

DE SUBTRACT: INTEGR.

integro, subtrahatur semper à 10, residuum addatur numero à quo abstractio fieri non potest; conflatum ex residuo & numero dicto, ponatur sub linea: hactamen cautela, ut sequenti numero inferiori, seu subtrahendo, addatur unitas, quotiescumque abstractio facta fuerit à 10, & non à numero superposito sibi.

Exemplum.

Numerus Integer	2	6	7	0	2	3
Subducendus				2	1	0
Residuum.			2	4	5	9

In primis cum 4 à 3 subducere non possum, subduco 4 à 10 remanent 6, quae addo ad 3 prodeunt 9, sub linea ponenda. Secundo, Quia 4 à 10 subtrahere addo ad sequentem subtrahendum, nempe ad duo unitatem, & prodeunt 3, qua cum à 2 abstrahere non possum, abstraho à 10, & remanent 7, qua addo duobus à quibus non potui abstrahere 3, & fiunt 9 sub linea ponenda. Tertio, Addo ad 0 unum & prodit vnum, quod cum à 0 abstrahere non possum, abstraho à 10, manent 9, qua

9, qua addita ad 0, prodeunt 9, sub linea scribenda. Quartò, Sequenti unitati addo 1, fiuntq; 2, qua abstraho à 7 remanent 5 sub linea locanda. Quintò, Quia numerum antecedentem videlicet 2 abstraxi à 7, non autem à 10, ideo sequenti numero 2 nihil addo, sed eum subduco à 6, remanentq; 4 sub linea collecanda. Demum cùm ultima nota nempe 2 nullam figuram sub se habeat pono eam immutatam sub linea, & perfecta manet operatio.

CASVS primus. Quando ultimus numerus à suo superiore subtrahi non potest, quia inferior maior est superiore, subtrahendus similiter est à 10, & unitas cùm nullus sequatur cui addi possit, per se subtrahatur à superiore numero ultimo aut penultimo, &c.

Exemplum.

$$\begin{array}{r}
 4\ 6\ 7 \\
 \cdot 9\ 4 \\
 \hline
 3\ 7\ 3
 \end{array}
 \quad
 \begin{array}{r}
 7\ 6\ 2\ 8\ 6\ 6 \\
 \cdot 6\ 3\ 4\ 6 \\
 \hline
 7\ 5\ 0\ 5\ 2\ 0
 \end{array}$$

CASVS

DE SUBTRACT: INTEGR.

CASVS secundus. Quando 10 abstrahenda sunt à 10, vt quando 10 est inferior seu abstrahendus, & superior, seu à qua fieri debet abstractio fuerit 0, tunc post abstractionem remanet 0, quæ addita ad illam 0, à qua non potuit abstractio fieri, prodit 0 sub linea scribenda.

	6	0	2
Exemplum	2	9	6
	<hr/>	<hr/>	<hr/>
	3	0	6

Ex hoc enim quod 6 à 2 abstrahere non potui, addo vnum ad 9 fiuntq; 10, quæ cùm abstrahere non possem à 0, abstraho à 10 & remanet 0; rursus sequenti numero substrahendo nempe 2 addo 1, vt fiant 3, quæ à 6 abstracta relinquunt 3 sub linea scribenda.

Examen subtractionis fit primò per additionem, si enim numerus residuus addatur numero qui substrahebatur, prodit numerus à quo subtractio facta est. Secundo per subtractionem hoc modo. Subtrahatur numerus residuus ab eodem à quo ante facta est
sub-

subtractio, residuum aequale erit, illi qui subtrahebatur si operatio fuerit bona.

C A P V T I V.

De Multiplicatione.

Multiplicatio est ductus vnius numeri in aliud, ducitur autem unus numerus in aliud tunc, quando alter eorum toties augetur, quoties in altero continetur unitas, vt 5 ducta in 6 efficiunt 30, sex enim quinquies repetitum, seu propter quinarium numerum repetitum, seu propter quinquies contentam unitatem in numero quinario facit 30. Tria & hic sunt Consideranda, Collocatio, Operatio, & Examen.

Numerum qui ex ductu vnius numeri in aliud producitur, facilimè capies ex tabula Pythagorica, quam tantum ad 9 hic subiungo, utilissimā tyronibus, ut expeditè quemvis numerum etiam maximum multiplicare possint.

VSVS tabula hic est. Datis duobus numeris in se ducendis, quaratur quicunqz illorum

DE MVLTIPL. INTEGR.

rum in primo ordine Superiore , alter in pri-
mo collateralē à sinistrā , in concursu horum
duorum ordinū seu in communi angulo, de-
scendendo deorsum à superiore , & dextram
versus à collateralē procedendo , inuenietur
numerus per multiplicationem productus . E.
G. Vis scire septies 9 quot faciant , quare
9 in Superiore ordine , & in primo collater-
ali 7 , in concursu utriusq; ordinis , in com-
muni angulo inuenies 63 numerū ex mul-
tiplicatione 9 per 7 productum .

Est eiusdem tabula vſus non minus prior
ut non utilis , ad diuisionem sine tādio per-
ficiendam , qui sic habet . Quarū quoties 6
in 54 reperitur , sume 6 in primo colla-
terali ordine , in eodemq; dextram versus
procedendo , inquire 54 , quibus inuentis a-
scende sursum à 54 inuentis ad vitium
ordinem , in quo quotientem 9 inuenies .
Nouies ergo 6 in 54 continetur . Quod
si praeceps numerum in quo quotientem qua-
rua in eo ordine non inuenies , sume ei proxi-
mè minorem , & quotientem in supremo ordi-
ne videbis . E. G. Quarū quoties 8 in 52
reperitur , & cum in ordine ab 8 dextram

VER-

1	2	3	4	5	6	7	8	9
2	4	6	8	10	12	14	16	18
3	6	9	12	15	18	21	24	27
4	8	12	16	20	24	28	32	36
5	10	15	20	25	30	35	40	45
6	12	18	24	30	36	42	48	54
7	14	21	28	35	42	49	56	63
8	16	24	32	40	48	56	64	72
9	18	27	36	45	54	63	72	81

versus procedendo 52 praeisè non inueniantur, sume in eodem ordine ei proximè minorem, videlicet 48, quibus in supremo ordine respondent 6. In 52 ergò 8 sexies reperitur.

In casu in quo hac tabula in promptu non habetur, in multiplicatione Digitorum hac regula vtendum erit. Ponantur numeri multiplicandus & multiplicans unus super alium,

& vtriusq; differentia, seu distantia à 10
à latere dextro ponatur. Deinde hæ differentia inter se multiplicentur, productus / 3
erit prima figura summa producendæ; Se-
cunda autem figura summa producendæ ha-
bebitur, si alterutri differentia ab altera
figura in crucem detrahatur, residuum enim
quod manebit secunda figura erit. Quod si
ex multiplicatione distantiarum seu diffe-
rentiarum duo numeri producantur, primus
à dextris pro prima figura scribatur, secun-
dus qui est à finistris seruetur, addendus nu-
mero residuo manente ex subtractione di-
stantia à 10 ab altera figura.

Exemplo idipsum fiet illustrius. Inqui-
rendo septies 6 quot faciant, 7 ~~3~~
scribo 7 supra sex vel è con-
tra, deinde accipio à 7 di-
stantiam ad 10, qua est 3, 6 ~~4~~
bac 3 scribo ad latus numeri 4 2
Item distantia 6 à 10 est 4, qua
ad latus numeri 6 noto, sub quibus duca
lineam & Dico, quater 3, faciunt 12,
ub linea scribo 2, unitatem reseruo, mox
abstroho 4 à 7, vel 3 à 6, rema-

uent 3, quibus reseruata munitatem addo fiunt 4 sub linea locanda. Septies ergo 6, faciunt 42. Hū positiū.

COLLOCATIO talis est. Multiplicandus numerus superiore ponitur ordine, sub quo multiplicans, seu multiplicator à dextrā incipiendo, ut prima multiplicantis prima multiplicandi, secunda secunda, &c. repondeat, tum productus per multiplicacionem sub linea collocatur. In collocatione productorum per multiplicationem, si multiplicans fuerit plurium notarum, hoc acutatè obseruandum est, ut sub illo multiplicante initium sumatur producti, qui de facto multiplicandum multiplicat, ut videre est in exemplo.

IN OPERATIONE hac series erit Primo duco figuram multiplicantū à dextrā inchoando, in primam figuram multiplicandi, & productum directè subscribo multiplicatori. Secundè eandem figuram multiplicantis duco in secundam multiplicandi, & productum cōsequenter sub linea scribo, tandem duco eundem in tertiam, quartim &c. usq; ad finem numeri multiplicandi.

DE MVLTIPL: INTEGR. 27

sandi. Tertiò productum, si una figura constat, scribo totum sub linea, si duabus, primam que est à dextris sub linea pono, & aliteram mente referuo, sequenti producto addendam, in multiplicatione tamen ultima figura multiplicandi, totum productum etiam pluribus figuris notatum scribo sub linea.

Quod si multiplicans pluribus consistet figuris, tum multiplicantis primam figuram duco uno tractu in omnes figuræ multiplicandi modo dicto, deinde secundam figuram multiplicantis duco pars modis in totum multiplicandum, tandem tertiam, &c. usq; ad ultimam.

Exemplum.

Dux exercitus habens milites 2 8 4 6, in quartuale soluit singulis florenos 4 2, uerius quod florenos in omnes uno quartuali expendit. Questioni satufacio per dampn doctrinam, taliter.

Multiplicandus	2	8	4	6
Multiplicans				
—————				
B 2				Pro.

Producti	5	6	9	2
partiales	1	1	3	8
Productus	1	1	9	5

3 2 totalis.

Multiplico primò 6 per 2 dicendo, bis 6 faciunt 12 pono 2 sub multiplicatore & sub multiplicando 6. & 1 seruo. Dico secundò bis 4 faciunt 8, quibus addo vnitatem seruatam prodeunt 9 sub linea ponenda. Dico tertio bis 8 faciunt 16, pono 6 sub linea vnum seruo. Dico deniq; bis 2 faciunt 4, quibus addita vnitate fiunt 5 sub linea ponenda.

Hoc peracto, multiplico eundem totum ordinem multiplicandi per aliam figuram multiplicatoris videlicet per 4, & Dico primò quater 6, faciunt 24, pono 4 sub 9 secundo numero producti, seu sub 4 secunda figura multiplicatoris, & 2 seruo. Dico secundò quater 4 faciunt 16, quibus addo 2 seruata fiunt 18, ponoq; 8 sub linea sub 6 tertio numero producti, seruando vnitatem. Dico tertio quater 8 sunt 32 cum addita vnitate seruata 33, pono

pono 3 sub 5 vltimo numero producti,
& 3 seruo. Deniqꝫ Dico quater 2 fa-
ciunt 8, his addo 3 seruata, prodeuntqꝫ
11, quod totum sub linea pono, cūm sit ul-
timus numerus. Peracta multiplicatione
vtrumqꝫ numerum per multiplicationē pro-
ductum in vnam summam colligo per addi-
tionem, & prodit numerus florenorum
1 1 9 5 3 2, quos Dux militibus
2 8 4 6 in quartuale soluit, dando uni-
euqꝫ florenos 42.

CASVS primus. Cūm multiplicans fue-
rit unitas cum sibbris, vt 10, 100, 1000,
&c. sola sifbra numero multiplicando ad-
scribantur, & peracta manet multiplicatio-
nam reiectis sibbris ex multiplicante rema-
net sola unitas, qua numerum datum mul-
tiplicans eundem producit, non augendo
ipsam.

Exemplum.

$$\begin{array}{r}
 6789 \\
 100 \\
 \hline
 678900
 \end{array} \quad | \quad
 \begin{array}{r}
 523 \\
 10 \\
 \hline
 5230
 \end{array}$$

CASVS secundus, Cūm multiplicans vel
B 3 multi-

multiplicandus, vel vierū in siphrae exit, sola significativa multiplicande sunt. per significativa multiplicantes (in medio ratione multiplicandi siphra posita, multiplicanda sunt, dicendo v. g. ter siphra sunt o) siphra vero, peracta multiplicatione, omnes tam numeri multiplicandi, quam multiplicantis, producto ex multiplicatione significatis multiplicatorū, sunt adiicienda.

Exemplum.

$$\begin{array}{r}
 4 \ 5 \ 0 \ 9 \ 6 \ 0 \\
 \times \quad 2 \ 0 \ 0 \ 0 \\
 \hline
 9 \ 0 \ 1 \ 9 \ 2 \ 0 \ 0 \ 0
 \end{array}$$

CASVS tertius, Cūm siphra in numero multiplicante omittitur in medio posita, & ad alium multiplicantem transitur, id diligenter obseruandum est, ut productus numerus per sequentem significatiū, uno loco posterius subscribatur, priori productō, quam scriptus fuisset, si immediatè alium numerum significatiū sequutus fuisset, & si due siphra omittuntur, duobus, si tres, tribus

locis posterius scribendus est? Seu, prima à dextru producti, scribenda est sub ea numero qui de facto multiplicat.

16

Exemplum:

$$\begin{array}{r}
 & 2 & 4 & 3 & 2 \\
 & 6 & 0 & 4 \\
 \hline
 & 9 & 7 & 2 & 8 \\
 \hline
 1 & 4 & 5 & 9 & 2 \\
 \hline
 1 & 4 & 6 & 8 & 9 & 2 & 8
 \end{array}$$

Examen, cui error subesse non potest, si per sequentem speciem, videlicet per Divisionem, si enim integer productus diuidatur per multiplicantem, prodibit multiplicandum.

C A P V T V.

De Diuisione.

Diuisione est produc^{tio} numeri, qui toties
unitatem complectitur, quoties diuis-
endum diuisorem, seu est produc^{tio} nu-
meri,

B 4

meri, qui indicat quoties diuisor continetur in diuidendo. Vocatur autem numerus superius Diuidendus, inferior qui diuidit, Diuisor, productus Quotus seu Quotiens.

COLLOCATIO differt à reliquarū spēcierum collocatione, ponenda est enim ultima figura diuisionis ea videlicet qua est à sinistris, sub ultima diuidendi à sinistris, penultima sub penultima, & sic consequenter à sinistra dextram versus progrediendo. Si etiamen ultima Diuisoris, vel prima à sinistris, maior fuerit ultima diuidendi, vel par eidem, sequens verò Diuisoris maior, eadem ultima Diuisoris ponenda est sub penultima diuidendi, & penultima Diuisoris sub antepenultima diuidendi, & sic consequenter: ut patet in exemplis.

7	3	4	0.	1	5	6	8	7.	1	6	7	9	2.	1	4	5	6	4.
2	7				1	5	6			6	8			1	7	8		

OPERATIO hunc ordinem seruat. Primo, Quaritur quoties diuisor in diuidendo supra se posito habeatur, & Quotus seu Quotiens inuenitus (qui maior esse non potest quam

quam 9, quamvis diuisor in diuidendo
pluries continetur) post semiirculum seu
Lunulam scribatur. Quod si diuisor nec se-
mel in diuidendo continetur, scribatur post
Lunulam a, diuidendus tamen, in quo
diuisor nec semel inuenitus est, non deleatur,
sed diuisor ulterius promoueatur. Quod ve-
lim intelligas, quando diuisor in diuidendo
nec semel continetur, non a principio sta-
tim diuidendi, sed in medio, vel in fine diui-
sionis, nam siphra ante omnem numerum
significatiuum posita, nec ipsa quicquam si-
gnificat, nec significatio numero ullum ma-
iorem valorem addit. Secundo, Multipli-
cetur Diuisor per Quotientem, productumq;
per multiplicationem, subtrahatur a Diui-
dendo supra diuisorem posito, reliquum post
subtractionem (quod semper minus diuisore
esse debet) supra eiusdem figuras diuidendi,
a quibus facta est subtractione, ponatur. Et per-
fecta manet prima divisionis operatio. Ter-
tio, Promoueatur diuisor dextram versus,
ita ut unum tantum locum semper mutet.

Verum quia tyronibus maximam confu-
sionem parere solet, numerorum abstracto-

rum super diuidendum multoties repetita
collocatio, ideo commodissime, ne numeri
deleti in magnam excrescant molem. hoc re-
medio uti possunt. Absoluta prima diuisio-
ni operatione, scribatur scorsim residuum
una cum reliquo figuris intactis numeri di-
uidendi, & diuisor ei commode supponatur,
operatioq; instituatur.

Peracta rursus secunda operatione resi-
duum ex subtractione cum sequentibus figu-
ris diuidendi similiter alio transferatur, &
operatio diuisionis instituatur: & sic dein-
ceps usq; ad finem. Hoc enim remedio omnis
confusio, deletarum figurarum vitabitur.

Exemplum. Sunt 6 fratres habentes
patrimonium florenorum 7 9 2 1 3, cu-
pido scire quantum uniusquisq; in diuisione
sit accepturum. Sic operor.

Operatio I.

Quare primo sex in 7 1
quoties reperiuntur, 7 9 2 1 3 (1
& inuenio semel 6
tantum, scribo ergo
1 post Lunulam, & simul multiplico 6 per
rnum, fiunt 6, quibus subtradu ex diui-
dendo

DE DIVIS. INTEGROR. 95

dendo 7, remanet 1 supra 7 ponendum, & 7 delendum: 18.

Secundo, Promoueo diuisorem 6, sub diuidendum 9, & quaro 6 in 19 quo-
ties reperiuntur, & inueniotor.

Operatio 2.

Scribo ergo 3 post I
 lunulam circa 1. + 9 213 (13
 primò quotien e n 6
 inueniuntur. mox mul-
 tiplico diuisorem 6 per quotientem 3,
 fiuntq; 18, quibus subtractis à diuidendo
 19 remanet rnum, supra 9 ponendum,
 & 19 delendum est.

Tertio, Promoueo diuisorem 6 sub 2,

Operatio 3.

& quaro 6 in 0
 12 quocties ha- + 2 13 (132
 bentur inuenio- .6.
 qué bis, colloco
 ergo 2 post lunulam circa 3, & statim
 multiplico 6 per quotientem 2, prode-
 uniq; 12, que abstraho à diuidendo 13
 remanet 0, supra 2. ponenda.

B 6

Quartd

Quarto, Promoueo diuisorem 6 sub 1,
 & quaro 6 in 1 quoties continentur, &

Operatio 4.

quia nec semel 6 in 1
 vno inuenio, scribo + 3 (13202—
 post Lunulam o circa 6 6
 ca 2, omnibusq; nu
 meris in diuidendo relictis, promoueo diui-
 forem 6 sub 3, & quaro 6 in 13
 Quoties haberi possunt, inuenioq; bis. Duo
 ergo scribo post lunulam circa siphram, sta-
 simque multiplico 6 per 2 quotientem,
 & prodeunt 12, qua à 13 abstraho, re-
 linquitur residuum ultimum 1. quod erit
 fractio, hoc modo post integrum quotientem
 ponenda, ut residuum diuidendi (quod sem-
 per minus esse debet ipso integro diuisore)
 superponatur integro diuisori, ducta linea
 inter diuisorem & residuum supra positum.

Quando verò Diuisor est plurium figura-
 rum, hac sunt obseruanda. In primis non
 est quarendum, quoties totus diuisor in toto
 diuidendo contineatur, hoc enim esset sum-
 mi laboris, sed tantum de vniqa ipsius figura
 eaq; prima à sinistra, quoties hac inuenia-
 tur

DE DIVIS. INTEGROR. 19

tur in diuidendo supra se posito , hoc enim cognito non difficulter operatio perficitur.

Secundo diligentissime obseruandum est circa Quotientem primum , dum Diuisoris figura sunt plures , ne aut maior aut iusto minor assumatur.

Iusto maior Quotiens tunc assumitur , quando per eum Diuisoris figura multiplicata , producunt maiorem numerum quam sit Diuidendus supra totum diuisorem positus ; tunc enim quia hic productus , per duolum quotentis assumpti in totum diuisorem maior est diuidendo , signum est totum diuisorem toties non contineri in diuidendo supra se posito , quoies indicat Quotiens assumptus , quandoquidem productus à Diuidendo abstrahi non potest .

Exemplum.

Diuidendi ve-	Diuidend.	7	5	4	(8)
niant 7 5 4	Diuisor			9	8
per 98. Qua-					
79 m. 75 quo-	Productus.	7	6	4	
ties reperiuntur ?		3	7		octies

octies 9 sunt 72. pono ergo 8 post lumen, videlicet quotientem inuentum, & statim per quotientem 8, multiplico totum diuisorem 98, prodeuntq; 7 6 4, numerus videlicet multo maior quam sit diuidendus 7 5 4. Consequenter ex produceto hoc qui maior est diuidendo, colligo me quotientem magnum accepisse, non quidem respectu unica figura 9, sed respectu totius Diuisoris 98; nam quamvis 9 in 75 octies reperiatur, tamen 98 non reperiuntur octies in 7 5 4, ut patet ex producto.

E contra iusto minor Quotiens tunc assumitur, quando post multiplicationem Quotientu & Diuisori, ac tandem post subtractionem producti à diuidendo, remanet numerus maior quam sit totus Diuisor: tunc enim signum est, pluries totum diuisorem contineri in diuidendo supra posito, quam Quotiens indicet.

Exem-

Exemplum.

Residuum	1	6	6
Diuidendus	7	5	4 (6)
Diuisor		9	8
Productus	5	8	8

Diuidendus est idem numerus 7 5 4 per 9 8, quandoquidē Quotiens 8 priue assumptus sit iusto maior, assumo Quotientem 6, mox per 6 multiplicio totum diuisorem 9 8, & prodeunt 5 8 8, hac abstracta à diuidendo 7 5 4, relinquunt 1 6 6, numerum maiorem quam sit totus diuisor. Signum ergo est 9 8 pluries contineri in 7 5 4 quam sexies.

Praxis inueniendi Quotientem.

Frequenter committitur à tyronibus error, in quociente accipiendo, propter quem reiterari toties operatio non sine labore & molestia debet, quod facile vitabitur, si sequentes regula cum casib[us] obseruata fuerint.

PRIMA regula. SUMMAH in primis
Quo-

Quotiens qui probabilit̄ verior esse putatur, & per eum prima diuisoris figura à sinistra mente multiplicetur; ex product̄ facilimē dignoscitur, num Quotiens respectu prime figuræ Diuisoris sit adæquatus nec ne?

Nam si productus ex multiplicatione superauerit diuidendum, constat Quotientem iusto maiorem assumptum esse, & quidem iusto maiorem unitate, si productus fuerit maior tot aut etiam paucioribus unitatibus diuidendo, quot unitates continent Diuisoris prima figura; duabus vero aut tribus unitatibus maiorem, quot viibus aduerteret Diuisoris prima figura contineri in excessu, quo productus superat diuidendum. E contra constat iusto minorem Quotientem assumptū esse, dum per multiplicationē productus minor est pluribus, aut saltem tot unitatibus, quot unitates continentur in prima figura Diuisoris; quod si diuidendus eundem productum paucioribus superauerit unitatibus quam sunt in prima figura Diuisoris, iustus erit Quotiens.

SECVNDA regula. Inuenio Quotientem iuste & vero respectu prima figura Diuisori-

DE DIVIS. INTEGR. 41

ris, ut Quotiens inueniatur respectu totius
Divisoris adaequatus, haec sunt consideranda;
videlicet, sequens figura primam Divisoris,
sequens primam diuidendi, & numerus vni-
tatum quibus diuidendus superat productum
ex ductu quotientis in primam figuram Di-
visoris.

CASUS primus. Si figura Divisoris pri-
mam à sinistris sequens, maior fuerit figu-
ra sequente primam diuidendi, unitatesq;
excessus, quibus diuidendus excedit produ-
ctum pauca fuerint, ex quotiente adaequa-
to, respectu prima divisoris figura, assumptio
dematur unitas.

Exempla.

Quotus

$$\begin{array}{r} \text{Diuidendus} \quad 7 \ 5 \ 4 \\ \text{Divisor} \quad \underline{9} \ 8 \end{array} \left(\begin{array}{c} 8 \\ \hline \end{array} \right)$$

$$\begin{array}{r} \text{Productus} \quad 7 \ 8 \ 4 \\ \text{Diuidendus} \quad 7 \ 5 \ 4 \\ \text{Divisor} \quad \underline{9} \ 8 \end{array} \left(\begin{array}{c} 7 \\ \hline \end{array} \right) \quad \text{Quotus}$$

$$\begin{array}{r} \text{Productus} \quad 6 \ 8 \ 6 \\ \text{Diuidendi sunt} \quad 7 \ 5 \ 4 \quad \text{per divisorum} \\ \qquad \qquad \qquad 9 \ 8 \end{array}$$

98. quamvis 9 octies in 75 inueniatur, sicuten quae figura sequens primam numeri dividendi, nempe 5, minor est figura sequente primam Divisorum nempe 8, & productus 72 ex ductu quotientis 8 in primam divisorum 9, sic ipso dividendo tantum tribus unitatibus minor, (qui excessus respectu prima figura divisorum 9 parvus est cum nec medianam eius partem contineat) ideo quotiens 8 respectu totius divisorum 98 unitatem maior est; non continentur enim 98 octies in 75 4. Semper igitur Quotiens ad aquatum assumetur, ut monstrant exempla.

C A S U S secundus. Si figura dividendi primam à sinistra sequens, maior fuerit figura à sequente primam divisorum, vel eidem equalis, sed excessus, quo dividendum superat productum ex ductu Quotientis in primam figuram divisorum propè par prima figura Divisorum, Quotiens totius per primam figuram Divisorum assumptus, tunc pro toto divisori assumti potest.

Exempla.

	1 m.	2 m	3 m
Dividendi	7 9 4 (3	7 8 4 (8	8 9 2 (9
Divisores	9 8	9 8	9 9
Producti	7 8 4	7 8 4	8 9 1

In primo exemplo, productus 72, ex ductu Quotienti 8 in 9 primam figuram Divisoris, superatur à dividendo 79 unitatibus 7. In secundo productus 72 superatur à dividendo 78 unitatibus 6. In tertio deniq; productus 81 superatur à dividendo 89 unitatibus 8, Qui omnes excessus sunt propè aequales prima figura Divisoris.

C A S V S tertius. Si productus ex ductu Quotienti in primam Divisoris aequaliter dividendo, aut dividendo paululo minor fuerit, & figura Divisoris primam à sinistris sequens, propè maxima, aut maxima, id est 9. Quotiens primo inuenio unitate minor pro toto divisorere assumendum est.

Exem-

Exempla.

Diuidend.	812(3	436(5	Quot:
Diuisor	98	79	
Productus	784	395	

CASVS quartus. Si productus, ex ductu Quotientis in primam Diuisoris aequalis, aut paulo minor fuerit, primamq; diuisoris sequens 0, existente Quotiente paruo, aut etiam propè maximum, dummodo supra Diuisoris siphram significativa maior in diuidendo ponatur, tetus quotiens pro prima figura assumptus, pro Quotiente tosins Diuisoris assumendum est.

Exempla.

Diuidendus	8164(9	842(4
Diuisor	906	209
Productus	8154	836

CASVS quintus. Si productus aequalis fuerit diuidendo, & à principio diuidendi sequatur siphra, auferenda est vnitas ex Quotiente prima figura, vt ad aquatus Quo-

tientis

siens pro toto Diuisore constitut. r , non-
nunquam etiam due, quando in Diuidendo
parua sunt figure.

Diuidendus	8 0 2 (3	8 0 2 (2
Diuisor	2 6 7	2 6 . 9
Productus	8 0 1	5 3 8

TERTIO obseruandum est. Inuente
Diuisoris vero Quotiente , multiplico prius
diuisoris primā figuram à sinistris per Quo-
tientem inuentum , productum abstraho à
Diuidendo supra eandem figuram Diuiso-
ris multiplicatam posito , residuum peno su-
pra diuidendum à quo facta est abstractio-
ipsumq; Diuidendum vnā cum Diuisoriis fi-
gura multiplicata , deleo. Absoluta prima
figura Diuisoris sequentem per eundem quo-
tientem multiplico , productum abstraho à
Diuidendo supra eandem diuisoris figuram
posito , residuum supra diuidendum colloco
simulq; ipsum diuidendum vnā cum figura
Diuisoriis immediate multiplicata , deleo.
Absoluta secunda figura Diuisoris ad tertiam
pergo , operationemq; simile prioribus insti-

tuo, & sic procedo usq^a ad ultimam Diuisoriū à dextris.

Porro ille numerus Diuidendus dicitur ponni supra figuram diuisoriū, qui est directe illi superpositus, & insuper omnes alijs, qui bunc sinistram versū antecedunt.

Exemplum.

Residuum	1	2				
Diuidendus	7	5	4	2	3	(7)
Diuisor	9	8	4			

Diuidenda sunt 7 5 4 2 3, per 9 8 4. Quare in primū 9 in 7 5, quoties concinnantur, & inuenio per easum primum & tertium concineri septies, scribo 7. Quotientem post Luculam, & mox per quotientem 7 multiplico primam figurā Diuisoriū, nempe 9, dicendo septies 9 sunt 63, qua abstraho à diuidendo, supra primam figuram Diuisoriū 9, posito, nempe a 7 5, remanent 12, supra 7 5 deleta ponenda. sic absolute manet prima figura Diuisoriū 9, qua deleta, manent diuidendi 1 2 4 per 8.

Deinde

Deinde multiplico & 6 3

figuram secundam Diuisori per 3 2 4 2 3 (7)

Quotientem, id est 9 8 4

Quotientem, id est.

Dicendo septies 8 sunt 56, que, iuxta doctrinam cap. 3 traditam, abstrahitur 124 remanent, 6 8, quibus appono 2, manentque pro ultima figura 4, dividendi 6 8 2. Sic absoluta secunda figura, per ad tertiam, & ultimam, deleto dividendo 124, & diuisori figura 8.

Multiplico ultimam 5 4

per eundem Quotientem 9, 6 9 2 3 (7)

Quotientem, id est 9 8 4

Quotientem, id est 9 8 4, dicendo septies 4 sunt 28, que abstrahitur 6 8 3, remanent 6 5 4, deletoque numero 8 2 & ultima figura Diuisori 4, absolutum manet primum divisionis membrum.

QUARTO obseruandum est. Postquam omnes figura Diuisori multiplicatae sunt per eundem quotientem, remoueo integrum diuisori omnes figuram uno loco ulterius dextram versus, id est 9, quod fuit sub integrum diuis-

diuidendi 5, sit sub 4, & 8 sub 2,
demum 4 sub 3, ut patet infra in collo-
catione omnium figurarum totius operatio-
nis. Sic

Diuisore promoto, I I
quero in residui di- & 5 4 3 (7 6
uidendi numero 9 8 4
6 5. quoties 9 con-
tineatur, & reperio per primum & tertium
casum sexies, positusq; 6 Quotiente post
Lunulam, multiplico per eundem quotien-
tem 6 primam figuram Diuisoris 9, di-
cendo sexies 9 faciunt 54, qua abstra-
cta à diuidendo supra 9 posito, nempe à
6 5, relinquunt 1 1 quibus appono 4,
& prodit diuidendum, 1 1 4 respectu figu-
ra Diuisoris 8, deletuq; 6 5 diuidendi,
& 9 Diuisoris.
Multiplico secundo & 6 6
per eundem quoti- + + 4 3 (7 6
entem 6, secun- 9 8 4
dam figuram Diui-
foru nempe 8 prodeunt 48, qua abstra-
cta à 1 1 4 relinquunt 6 6, quibus
appono 3, ut pro ultima figura Diuisori
& pro-

4, prodeat diuidendus 6 6 3; delatio
itaq₃ in diuidendo 11 4 & in Diuisore
3. Multiplico Tertiò, per eundem Quotien-
tem 6, figuram tertiam Diuisoris 4,
suntq₃ 24, quæ abstracta à 6 6 3 re-
linquunt 6 3 9. 3 9 639

Atq₃ ita perfecta 6 6 3 (7 6 -----
manet tota opera 9 9 4 984
tio; Quotiens 7 6
indicat 9 8 4 contineri in 7 5 4 2 3
septuagesies sexies, cum apposita fractione,
de qua parte sequenti.

Totius prateritæ operationis simul facta
figuram adiungo, ut tyrones aduertant, si-
mulq₃, postquam aliquantulum in hac spe-
cie exercitati fuerint, assuescant, ad vitan-
dum molestum laborem, in frequenti muta-
tione diuidendi, contingentem, totam simili
operationem perficere: in quo hoc unicum,
ad vitandum omnem confusionem, moneo,
ut quam diligentissime numeri Diuisorū,
Diuidendū, & abstractisib[us] superponantur,
vt unam rectam lineam constituant, sursum
ascendentem.

$$\begin{array}{r}
 6 \\
 + 3 \\
 \hline
 9 \\
 - 2 \\
 \hline
 7 \\
 - 5 \\
 \hline
 2 \\
 - 4 \\
 \hline
 8 \\
 - 4 \\
 \hline
 4
 \end{array}
 \quad
 \begin{array}{r}
 639 \\
 984 \\
 \hline
 \end{array}$$

C A S V S. Dum Diuisor in siphras exit,
facilis est Diuisio, abiectis enim tot numeru
ex Diuidendo à dextrū, quot sunt siphra in
diuisore, reliquus Diuidendus, per significa-
tivas figurās Diuisori diuidatur. Numeri
ex diuidendo reiecli, erunt residuum abso-
luta diuisione, supra totum diuisorem, cum
siphris sumptum, ponendi, adiunctis alijs fi-
guris residui ex operatione, reieclo numero
ex diuidendo.

Exemplum:

Diuidendus	45793	(77 $\frac{193}{600}$)
Diuisor	600	
	6	

Quod


DE DIVIS. INTEGR.

Quod si Diuisoris ultima seu prima à sinistris unitas fuerit, & reliqua siphra, facilior operatio erit, tot enim eodem modo à dextris in diuidendo linea separo numeros, quos siphras in diuisore inuenio, residuumq; quotiens manet; rejecta verò figura ex diuidendo ad fractionem pertinent, supra integrum Diuisorem ponenda.

Exemplum.

$$\begin{array}{r} \text{Dividendus} \quad 4 \ 5 \ 6 \ | \ 0 \ 7 \ 8 \\ \text{Diuisor} \quad \quad \quad 1 \ 0 \ 0 \ 0 \end{array} \quad \begin{array}{l} \text{Quot:} \\ (4 \ 5 \ 6 \ \frac{7 \ 8}{1 \ 0 \ 0 \ 0}) \end{array}$$

Examen Diuisione certissimum est per multiplicationem, multiplicato enim Diuisore per Quotientem, aut è contra prodit dividendus, cui addo residuum ex Diuisione, primæ figuræ producti primam residus à dextris, secundæ, secundam &c.



52.

ARITHMETICÆ PRACTICÆ.

PARS II.

DE PARTIBVS SIM- PLICIBVS NUMERORVM FRACTORVM.

CAPUT I.

De notione numeri fracti.

Numerus fractus, seu fractio, seu minu-
tia est una pars vel plures alicuius to-
tius, in plures aquales partes diuisi.
Ut si quæpiam res nota diuidatur in partes
6, ex quibus si quispiam duas aut tres sum-
pserit, partes illæ assumptæ fractio dicitor.
Scribitur hac fractio duobus numeris, infe-
riore & superiore, Superior Numerator
volatur, quia numerat quot partes fractio
contineat. Inferior Denominator quia de-
nominat illæ partes fractionis, seu indicat in
quot

DE NOTIONE FRACTORVM. 53

quotnam partes sit totum diuisum; Ut dum proponitur fractio continens 4 partes aliquas totius in partes 7 diuisi, Numerator est 4, quia numerat ex 7 partibus integri assumptas esse 4. Denominator est 7, quia indicat totum esse diuisum in partes 7, scribuntur autem hoc modo $\frac{4}{7}$.

Oritur plerumq^{ue} fractio ex diuisione integrorum numerorum, cum enim ciquid absoluta diuisione mineat in dividendo, ex illo fit Numerator fractionis, cuius Denominator est Divisor integrorum numerorum. Item dum minor numerus proponatur dividendus per maiorem, ut proponantur 4 floreni dividendi in 7 fractio fit $\frac{4}{7}$.

Minutia integro aequalis illa est, qua aequalis est Denominatori ut $\frac{2}{2}$. Minor illa integro, qua Denominatores minor est ut hac $\frac{4}{7}$ Maior deniq^{ue} integro illa, qua maior est Denominatori ut hac $\frac{12}{10} \frac{452}{312}$.

Forro qua minutiarum maior est hoc pa-
tio dignoscitur. Positis ordine minutis, mul-
tiplicantur earum numeri in crucem, id est,
per numeratorem unius Denominator alterius; illa enim minutia maior erit, cuius Nu-
merator maiorem nume- 18 16
rum multiplicando alte-
rius Denominatorē pro-
ducet. Ut patet in exem- 3 4
plo, quia Numerator 3 multiplicans De-
nominatorem 6 maiorem numerum nem-

pè 18 producit, $\frac{3}{4}$ minutia maior est hoc

$\frac{4}{6}$. Majoritas hac tenet se ex parte plurium
partium, ex integro acceptarum, & in nu-
meratione contentarū; ut in dato exemplo;
diuidatur florenus in partes 4, qualibet
pars continebit grossos $7\frac{1}{2}$, tunc as-
sumat quin partes 3, accipiet grossos 22
 $\frac{1}{2}$. Diuidatur rursus florenus in partes 6,
qualibet pars, constabit grossis 5, accipien-
do quis ex his 6 partibus, 4 partes, ac-
cipiet

cipiet grossos 20, minus quam prior.

Quod si numerus aequalis $\frac{36}{4}$ $\frac{36}{6}$
 in ex multiplicatione producatur, aequalis erit minu- $\cancel{\times}$ $\cancel{6}$
 tia, ut pater in exemplo; $\frac{6}{9}$
 diuiso enim floreno in 6 partes, tantum
 quis acciperet accipiendo 4 partes, quan-
 tum acceperet alter sumendo 6 partes da-
 to quod florenus sit diuisus in 9 partes.
 Vterq; videlicet acceperet grossos 20.

C A P V T I I.

De Valore numeri fracti.

VAlor numeri fracti seu minutia data
 in minore mensura hoc modo inquiri-
 tur. Sit Exemplum Geometricum; &
 hac fractio passus proponatur. $\frac{10}{13}$ Cupio
 scire quot pedes in dicta fractione passus con-
 tineantur; & cum in passu pedes 5 con-
 tinentur, multiplico Numeratorem fractio-
 nis 10 per 5, prodeunt 50, hoc pro-
 ductum, nempe 50 diuido per Denomina-

torem fractionis 13, quotiens 3 $\frac{11}{13}$ in-
 dicat in dicta passus fractione contineri 3
 pedes, & undecim particulæ vnius pedis di-
 visi in partes 13. Rursus in data fractione
 pedis cupio scire quot contineantur palmi,
 & quoniam in pede 4 palmi reperiun-
 tur, multiplico Numeratorem fractionis 11
 per 4, fiunt 44, que diuiso per fra-
 ctionis Denominatorem 13, Quotiens 3
 $\frac{5}{13}$ indicat in data pedis fractione contineri
 palmos tres, & particulæ 5 vnius palmi
 divisi in partes 13. Ulterius fractionis pal-
 mi Numeratorem 5, multiplico per 4,
 quandoquidem 4 digitis palmarum constat,
 & prodeunt 20, que diuisa per 13 fra-
 ctionis Denominatorem em, dant Quotientem 1
 $\frac{7}{13}$. Atq[ue] ita in proposita fractione passus $\frac{10}{13}$
 continentur pedes 3, palmi 3, Digi-
 tus 1. &c.

Similiter in pecunia detur hac fractio
 florensi $\frac{6}{13}$. Cupio scire quot grossi contine-
antur

antur in 6 partibus supposito quod floren-
nus diuisus sit in partes 13. Et cum in flo-
reno grossi 30 contineantur, multiplico
Numeratorem fractionis 6 per 30, pro-
ducunt 180, quae diuisa per Denominato-
rem 13, dant Quotientem 13 $\frac{1}{13}$ qui
indicit in dicta floreni fractione in 6 par-
tibus contineri grossos 13 Rursus quia ul-
tra grossos remanet haec fractio $\frac{11}{13}$ multi-
plico Numeratorem 11 per 3, (in grosso
enim uno tres continentur solidi) Et pro-
ductum 33 diuido per Denominatorem
13, Quotiens 2 $\frac{7}{13}$ indicat insuper duos
solidos contineri Demum vltioris fra-
ctionis Numeratorem 7 multiplico per 6
(totum nummum in solido continentur) pro-
ductum 42 per Denominatorem 13 di-
uido, prodit $\frac{3}{13}$ Quotiens 3 $\frac{3}{13}$ indicans in
vltima fracione contineri tres nummos.
Quare dicta fractio floreni $\frac{6}{13}$, continet

grossos 13 solidos 2. nummos 3. Vide
idipsum infra aliter. parte 3. c. 1.

CAPUT III.

De reductione magnæ fractionis
ad minimos terminos.

Diuidatur Numerator & Denominator fractionis per mensuram maximam, quæ utrumq; metiatur. Quotientes numeri dabunt minutiam aquivalentem in minimis terminis. Porro dicta mensura maxima, seu numerus maximus vtrig; communis, seu per quem tam Numerator quam Denominator fractionis ita diuiditur, ut facta diuisione nihil remaneat, hoc modo inueniatur. Diuidatur Denominator fractionis per Numeratorem, & si nulla remanserit fractio, Numerator dicta mensura erit: quod si aliquid remanserit, per residuum Diuidatur diuisor; rursus si insuper aliquid manserit, immediatus diuisor per immediatum diuidatur residuum, quod tam diu fiat, donec perueniatur ad Quotientem sine ullis

fra-

fractione, tunc enim ultimus diuisor quæ sit a mensura maxima erit.

Exemplum.

Sit hac minutia $\frac{18}{46}$ ad minimos terminos reducenda, diuide 46 per 18, supra quotientem 2 remanent 10. Rursus per residuum 10 diuide diuisorem 18, & remanent 8. Pergo, per residuum 8 diuide diuisorem 10, remanent 2. Demum per residuum 2, diuide diuisorem 8, prodit quotiens 4 sine ylla fractione. Ergo mensura maxima dictæ fractionis $\frac{18}{46}$ sunt 2. per quam denominator quam numerator diuisis, prodeunt quotientes $\frac{9}{23}$, que est minima fractio, ita ut sub minoribus numeris esse nequeat.

Quod si in diuisione perueniatur ad unitatem signum erit fractionem datum in minoribus terminis pon non posse, sed maximam mensuram utriq; communem esse unitatem.

Exemplum.

Deterior hac fractio $\frac{11}{25}$ diuido 23 per
 13 remanent 10. Rursus 13 diuisorem
 precedentem per residuum 10, remanent
 3. Tandem diuisorem 10 per residuum 3,
 reminet vnum. Demum diuisorem proxi-
 mi antecedentem 3 per vnum remanet
 nihil. Data ergo fractio $\frac{13}{23}$ sub minori-
 bus numeris ponit non potest, cum ultimus di-
 visor sit vnum, quod est maxima mensura v-
 triusq; numeri, tam Denominator quam
 Numeratoris; per vnum enim 13 diuisa
 prodeunt 13, quandoquidem vnitas nec
 multiplicat, nec diuidit.

CAP V T I V.

De reductione fractionum ad ean-
 dem Denominationem.

Denominatores inter se multiplicentur;
 & si sit communis Denominator, dein-

de in crucem Denominatorem unius multipli et alterius Numerator, & prodibunt Numeratores supra communem Denominatorem ponendi.

Exemplum.

Sint hæ minutæ reducenda ad communem denominationem $\frac{3}{6} \frac{6}{9}$ Multiplico Denominatorem 9 per alium Denominatorem 6, & prodeunt 54. Deinde multiplico Denominatorem 9 per Numeratorem 3, fiunt 27. Idem Denominator 6, per Numeratorem 4, fiunt 24. Hac ergo minutæ $\frac{3}{6}$ equalis erit huic $\frac{27}{54}$. & hæc $\frac{4}{9}$ equalis huic $\frac{24}{54}$.

C A P V T V.

De Additione.

Stidem Denominator fuerit, tunc tantum Numeratores sibi inuisiem addan-

tur, & aggregatum superponatur Denominatori; a quo, si fuerit maius Denominator, subducatur Denominator, ut integrum numerum constituit, & reliquum si quid fuerit super eundem Denominatorem ponatur.

$$\text{Exemplum} \quad \frac{2}{6} \quad \frac{4}{6} \quad \frac{5}{6},$$

Dividantur tres floreni in datam fractionem. cupio scire quantam in unum collecta fractiones, summam faciunt. Addo 4 ad 5 fiunt 9, ad 9 addo 2 fiunt 11, qua supra Denominatorem communem posita hanc constituunt fractionem $\frac{11}{6}$. Verum quia Numerator est maior Denominator, ideo ex 11 denominatorem 6 subtraho relinquuntur $\frac{5}{6}$. Dictae ergo fractiones floreni in unam summam collecta, faciunt solum unum $\frac{5}{6}$.

Quod si Denominatores diuersi fuerint, tunc ante omnia, per caput praecedens, reducantur

DE ADDITIONE FRACTIONIBUS.

centur Denominatores ad unum communem Denominatorē, deinde per numeratores multiplicentur Denominatores diuersæ fractionis, & supra communem Denominatorē utrumq[ue] productum ponatur.

Exemplum.

Sint ha minutia floreni in uicem addenda
 $\frac{3}{4}$ $\frac{5}{6}$. Communis denominator utriusq[ue] erit
 24 , & per 5 multiplicata 4 dant 20 ,
multiplicata vero 6 per 3 , dant 18 .
Quibus habitis colloco producta super com-
munem Denominatorē $\frac{20}{24} \frac{18}{24}$ & in-
uicem Numeratores addo, productum
 38 est integer Numerator; qui cum maior
fit Denominator 24 , abstraho ab eodem
communem Denominatorē 24 , rema-
nent 14 . Dico ergo in datu fractionibus
 $\frac{3}{4}$ $\frac{5}{6}$ contineri florenum: $1 \frac{14}{24}$.

Vel sic breuius, multiplicentur in crucem
Numeratores cū Denominatoribus, utrumq[ue]
productum in unum colligatur ut integer
nume-

numeratōr producatur: Deinde Denominatōr vnuſ per aliu mūltiplicetur, producātū numeratōri integrō ſupponatur.

Exemplum.

Affumo eandē minutiam $\frac{3}{4} \frac{5}{6}$ & Muli-
tiplico 6 denominatōrem per 3 Numeratōrem, producentur 18; item multiplio
4 Denominatōrem per 5 Numeratōrem, producentur 20, hæc duo producta in unam ſummam collecta faciunt 38. Deinde multiplio denominatōrem 6 per denominatōrem 4, faciunt integrum Denominatōrem 24, quo cum integer Numeratōr est maior, abſtraho 24 à 38 remanent 14. Minutia ergo data conti-
nent florenum 1 $\frac{14}{24}$ vt prius:

Examen additionis fit per subtractionem, ſubtracta enim una minutia addita ex ſumma Numeratorum remanebit alia pars Numeratoris integri ex multiplicatione Denominatorū per aliu partialem numeratōrem producti.

C A P V T V I.

De Subtractione.

Si minutia eundem Denominatorum haberint, subtrahatur minor numerator ex maiore, & residuo idem Denominator supponatur.

Exemplum.

Subtrahenda est minutia $\frac{2}{7}$ à minutia
 $\frac{6}{7}$, subtraho Numeratorem 2 à numeratore 6, remanent 4, atq[ue] adeo fractio $\frac{4}{7}$.

Quod si Denominator fuerit diuersus, tunc minutia, per cap. 4. reducenda sunt ad eandem Denominationem, quo facto, similiis instruatur operatio priori.

Exemplum.

abstrahenda est minutia $\frac{6}{8}$ à minutia

Com-

$\frac{7}{12}$ Communis denominator erit 96, Numerator unus 72, alter 56, quibus communis denominator suppositus facit hanc minutiam $\frac{72 - 56}{96} = \frac{16}{96}$. Abstraho iam 56 ex 72

remenant 16 atq; adeò haec minutia $\frac{16}{96}$.

Ab integris numeris ut aliqua fractio abstrahatur, unus integer numerus reducendus est ad eundem denominatorem, qui est in minutia subtrahenda, & Denominator similis Numerator superponendus.

Exemplum.

Subducenda est fractio $\frac{6}{8}$ ab integro numero 7, resoluo unitatem ex 7 in fractionem, qua similem Denominatorem habeat priori fractione, taliter $\frac{8}{8}$. Quo facto abstraho à numeratore 8, numeratorem 6, & relinquuntur 2, atq; adeò numerus integer cum fractione $6\frac{2}{8}$

Seu $6\frac{1}{4}$

Idem

Idem omnino faciendum est, dum fractio est abstrahenda ab integro & fructo, & fructus, à quo abstractio fieri debet, minor sit, reducendus est unus integer ad fractionem, & in simili quantitate numerali addendus est Numeratori minori, à quo abstractio fieri non potest.

Exemplum.

A 36 $\frac{7}{42}$ abstrahenda est fractio $\frac{34}{42}$, ex 36 accipior unitatem & resoluere eam in partes 42, ut sit Denominatori similis, hac 42 addo ad minorem numeratorem 7, ut evadant 49, à quibus abstraho numeratorem 34, remanent 15; utq; ad eorum residuum $35\frac{15}{42}$. Quod si Denominatores non fuerint eiusdem Denominatione, reducendi sunt prius per cap. 4 ad eandem denominationem, & iuxtagatas doctrinam operatio instituenda.

Demum quando integri cum fractione, ab integris cum fractione abstrahendi veniunt, integri ab integris, & fractio à fractione subducatur.

Exa-

Examen subtractionis fractorum fit per additionem, si enim minutia subtracta ad residuum Numeratorius addatur, consurget numerator totus à quo facta est subt. actio.

CAPUT VII.

De Multiplicatione.

Multiplicatio Minutiarum absolvitur, si tam Numeratores quam Denominatores adinuicem multiplicentur: ut dum multiplicanda est minutia $\frac{3}{4}$ per minutiam $\frac{2}{5}$ multiplico numeratores 3 per 2 prodit 6 Numerator; & Denominatorem 5 per 4, prodit 20 Denominator, atq[ue] adeò hac fractio $\frac{6}{20}$ seu $\frac{3}{10}$.

Quando per integrum minutia multiplicanda est, vel è contra, integro, loco Denominatoris, supponatur unitas, & operatio fiat iuxta datam doctrinam: ut multiplicanda sunt 4 per $\frac{4}{6}$, integro numero 4 sup-

suppono unitatē hoc modo — $\frac{4}{1}$ ut quasi fra-
ctio sit, & multiplico Numeratores, quater
4 sunt 6, Denominator idem manet, cū ne
unitas nō multiplicet, & prodit hac minutia
— $\frac{16}{6}$. Verum quia Numerator maior est De-
nominatore, hunc à Numeratore abstraho,
& prodit per integrum numeri 4 duclam in
minutiam $\frac{4}{6}$ hoc summa 2 $\frac{4}{6}$ id est si
quis emisset panni simplicis vlnas 4, quam-
libet soluendo quatuor partibus floreni in 6
partes aequales diuisi, seu grossus 20, expen-
disset florenos 2 & quatuor partes floreni
in 6 partes diuisi, seu 2 florenos & gros-
sos 20.

Adiunctam habeat fractionem numerus
integer, & multiplicandus sit per integrum
sine fractione; supponatur unitas numero
integro, & alter integer adiunctam habens
fractionem, ad fractionem reducatur, hoc
modo; multiplicetur per fractionis sua De-
nominatorem, productum fractionis Numera-
tori addatur.

Exemplum.

Emit quissiam vlnas panni 16 quamlibet soluendo florenis $4\frac{3}{5}$ vt sciam quantum expenderit, suppono integro 16 unitatem, hoc modo $\frac{16}{1}$, & integrum numerum florenorum 4, multiplico per 5 Denominatorem fractionis, productum 20, addo numeratori fractionis 3, vt sint 23: & hanc fractionem constituant $\frac{16}{1} \frac{23}{5}$.

Multiplico iam numeratorem 23 per numeratorem 16, prodeunt 368, qua per 5 Denominatorem diuisa, dant $73\frac{3}{5}$ seu florenos 73 grossi 18, tres enim partes floreni, diuisi in 5 partes, constituant grossos 18.

Dum uterque, numerus, tam multiplicans quam multiplicandus adiunctam habet fractionem, reducendus est uterque, numerus integer ad suam fractionem, modo supra indicato.

Exem-

DE MVLTIPL. FRACT.

Exemplum.

Sit multiplicandus hic numerus $4\frac{3}{5}$

per hunc $2\frac{2}{4}$ reduco in primū numeros
integros ad minutias, hec modo, $\frac{10}{4} \frac{23}{5}$.

Tum numeratores in uicem duco, prodeunt
230, & Denominatores in uicem ducti dant
20, & simul hanc minutiam $\frac{230}{20}$ equi-
valentem huic $11\frac{10}{20}$ seu $11\frac{5}{10}$.

Aduertendum hic est, Nemini mirum vi-
deri debere, per multiplicationem minutia-
rum in uicem, aut per multiplicantem mi-
nutiam integrum numerum, semper mino-
rem numerum prodigi numero multiplican-
do: hac enim est natura multiplicationis,
ut toties multiplicandus augeatur, quo^t uni-
tates reperta fuerint in multiplicante. Cūm
autem in multiplicante fractione ne semel
unitas integri numeri continetur, ne semel
etiam multiplicandus augebitur, quin potius
ex naturae minor producetur. Secus ac-
cidit,

PARS II. CAP. VII.

ce , quando numerus integer cum fractio-
ne, per numerum integrum , aut sine, aut
cum fractione, multiplicatur, tunc enim ex
multiplicatione maior semper numerus pro-
dit , vt consideranti & practicanti clari
constabit.

Examen fit per Divisionem , tota minu-
tia per multiplicationem producta , diuidar-
tur per alteram minutiarum multiplican-
dium, prodibit necessario in Quotiente alter
numerus multiplicans.

C A P V T V I I I.

De Divisione.

EX Multiplicatione minutiarum facili-
erè earundem Divisione absolutur, hoc
modo. Commutentur termini , Divisor
vt Denominator supra , Numerator in-
frapponantur, deinde fiat multiplicatio De-
nominatorum & Numeratorum , per mul-
tiplicationem Numeratorum producetur
Quotiens.

Exem-

DE DIVIS. FRACT.

Exemplum.

Sit diuidenda hac minutia $\frac{2}{4}$ per $\frac{1}{6}$

Inuerto diuisorem $\frac{6}{1} \frac{2}{4}$ & multiplicatis
superiorius sive 12, inferioribus mul-
tiplicatis sive 4, atq[ue] adeo hac fractio
 $\frac{12}{4}$ que quotiens est, aquiualecens integro nu-
mero 3.

Quod si diuidendas sit integer, per fractio-
nem supponenda est unitas numero integros
ut si adiunctam habet minutiam, per da-
m doctrinam reducendus est ad minutia,
& operatio instituenda. Deniq[ue] si minu-
tam integer habens, aut sine minutia, di-
videndus sit per integrū cum minutia, tunc
divisoris integer reducendus est ad minutia
modo: multiplicandus est integer diui-
ris per Denominatorem sua fractionis, pro-
ucto addendus est eiusdem fractionis Nu-
merator, totum ponendum est in locum De-
minatoris sub linea, & Denominator
actionis in loco Numeratoris supra linea.

D

Ex-

Exempla.

Diuidenda	ta stabū	Quotientes
exempla		
$\frac{2}{4}$ per $\frac{1}{2}$	2 4	4 seu 1
4 per $\frac{1}{4}$	4 1	16 seu 16
$\frac{4}{3}$ per $\frac{2}{1}$	14 3	9 seu $\frac{9}{6}$
$\frac{4}{3}$ per $\frac{2}{2}$	14 3	15 seu 1 $\frac{1}{15}$
4 per $\frac{2}{2}$	4 1	1 seu $\frac{1}{1}$
$\frac{4}{3}$ per $\frac{2}{1}$	14 3	2 seu $\frac{2}{6}$

Oppositum planè Diuisioni integrorum
in diuisione fractionum cum aduertis, mai-
rem videlicet numerum in Quotiente pro-
duc i pso diuidendo, ne turberu, hac erim
natura Diuisionis fracta, quam hoc ru-
exemplo intuendam manifeste propono. Ha-
bes 6 florenos, diusde eos per 1. ei-

Qu

Quotiens 6, eosdem diuide per $\frac{1}{2}$ seu grossos 15 erit quotiens 12 maior. Quotiens quam sit dividendus 6, ex eo quia $\frac{1}{2}$ jecum grossi 15 duodecies in 6 floreni reperiuntur. Quando tamen est divisor integer, aut integer cum fractione, semper numerus minor in Quotiente prodit, ut patet in adductis exemplis.

Examen divisionis fit per multiplicacionem, si enim Quotiens multiplicetur per Divisorem, prodit necessariò numerus fractus divisus. ut sit hac divisione $4\frac{2}{3}$ per $\frac{2}{4}$ seu ut in divisione poni debet, per $\frac{4}{2}$ Quotiens 56. Multipllico Denominatores 4 & 6 fiunt 24, Numeratores 56 & 2 fiunt 112, & prodit hac minutia $\frac{112}{24}$ qua divisa per Denominatorum 24, dat Quotientem $4\frac{16}{24}$ hac minutia redacta ad minimos terminos, equiualeth huic $4\frac{2}{3}$.

etiam enim est maxima mensura communis
trianguli numeri fracti. Porro dum Quotientem multiplico per diuisorem fractum,
fractionis numerum non debere ponere invenire,
prout pro diuisione ponitur, sed modo re-
do: ut in assumpta minutia $4 \frac{2}{3}$ per $\frac{2}{4}$,
pro diuisione sic ponitur $4 \frac{2}{3}$ per $\frac{4}{2}$, pro
examine vero ponenda est, prout pro multipli-
catione ponitur modo. $4 \frac{2}{3} \frac{2}{4}$,
ut verus Denominator infra
lineam ponatur.



ARITHMETICÆ PRACTICE.

39

PARS III.

DE PARTIBVS COMPOSITIS.

Ex primis partibus, seu formis Numerorum simplicibus cōsurgunt Composita, quarum multi multas tradant Regulas. Ego quatuor tantum hic pertractabo Regulam Trium, Regulam Sacrae, Alligationis & Falsi, adiuncta Regula Progressionum.

CAPUT I.

De Aurea regula.

Aurea regula ea dicitur, que datu tribus notis numeris, quartum proportionalem docet inuenire, à quo etiam Regula Proportionum dicitur. Dicitur & Regula Trium, à tribus numeris notis assum-

per, seu corrupta voce Regula Detri, quasi regula de tribus numeru. Aurea vero vocatur ob sui magnam utilitatem. Regula hac est triplex, simplex seu Directa, Reciproca sive enversa, & Composita.

REGVLA DIRECTA.

Directa praxis talis est ; Datis tribus numeris cognitis, quorum duo eiusdem rei denominationem habent ponitur illorum unus primo loco, alter tertio loco, ille videlicet qui annexam questionem habet, tercius vero & re & nomine à duobus discrepans (cui quartus qui queritur similis re & nomine esse debet) in medio collocatur. Sic tribus numeris dispositis, multiplicetur secundus per tertium, vel è contra productum per primum diuidatur, Quotiens quartus numerus erit quesitus, & questionem soluet.

Exempla.

Milites 100 accipiunt in quartuale florenos 4200, quaritur, quot florenos accipient 6 milites? Multiplico 4200 per 6, prod-

6, prodeunt 25200, quod diuido per primum numerum centum, prodit numerus
quasitus 252,

40

Numeri sic stabunt.

Milites Floreni	Milites Quotiens Floreni
100	4200
	6.
	252

Emo panni vlnas 34, florenis 142,
quaritur, vlnas 78 quot florenis emi m?
Numeri eiusdem denominationis videlicet
vlna, sunt 34, & 78. Pono 34 vlnas
primo loco, vlnas 78, quia de illis est qua-
stio pono loco tertio. vnde

Numeri sic stabunt.

Vlnæ Floreni	Vlnæ Quotiens Floreni
--------------	-----------------------

34.	142	78	$325\frac{26}{34}$
-----	-----	----	--------------------

Quidam emi libras piperis 23, florenis
16, Quaritur florenis 54 quot libras emi?
Numeri eiusdem denominationis & rsi,
sunt floreni 16 & 54, & quia de flore-
nis 54 est quastio, ideo pono 54 tertio
loco. vnde

Numeri sic stabunt.

Floreni Libræ Floreni Quotiens lib.

16	23	54	77	¹⁰ 16
----	----	----	----	---------------------

Quando contingit unitatem primo loco
poni, tota operatio multiplicatione secundi
per tertium, vel è contra, absolvitur. Ut
una vlna panni emitur florenu 6, vlnæ 87
quot ementur? Multiplico 87 per 6
prodeunt floreni 522. Si vero contingat
unitatem ponit tertio loco, aut secundo, tota
operatio perficitur diuisione secundi aut ter-
tiæ per primum. Ut emit quis boues 14
florenis, 154 vnum bouem quanti emit?
Divido 154 per 14 Quotiens 11 soluit
questionem.

Hoc diligenter obseruandum, quando-
quidem in hac regula tantum duo genera
terum re & nomine distincta esse debent, si
tertium inciderit in alterutrum resolvi de-
bet. V. G soluit qui hospiti à mensa tribus
mensibus florenos 35. Vult scire annis duos
bus mensibus 7 quantum eidem soluet.
Resoluendo ei questionem, resoluo prius duos

annos

DE AVREAREGVL A. Si

annos in menses, multiplicando 12 (est enim in anno mense numerantur) per 2, & producō 24 addo reliquos 7 menses, ut sint 31. Quare iam quot 31 mensibus, solvet?

41

Numeri sic st̄e bunt.

Menses Floreni Menses Quotieris Flo.

3	35	31	$\frac{361}{3}$
---	----	----	-----------------

Contingit nonnunquam, ut unus ex tribus numeris pluribus & distinctis figuris notetur, seu multiplex sit. Et tunc fractione adhibita operatio perficie tur.

Exemplum a primū.

Data aliqua ciste rna que ex aqua ducta impletatur horis tribus, & eadem per foramen in fundo eiuscum turbatur 9, si quadratur intra quatuor horas dicta cisternā implendas sit, relictū inferius foramine aperto per quod aqua ex cisterne effluit. In primis in quiro per unam horam quantus pars cisternae

D 5 im. leg.

implentur aquâ; quod fiet si verumq[ue] nu-
merum horariorum fregero hoc modo. $\frac{1}{3} \frac{1}{9}$
 Et unum ab altero per cap. 6. part. 2. sub-
 duxero; residuum $\frac{6}{27}$ seu $\frac{2}{9}$ indicat sex
 partes cisternae per unam horam implendas,
 si cisterna in 27 partes, aut duas, si ex-
 dem in partes 9 diuidatur. Hoc inuenio
 siango omnes numeros, videlicet, unam ho-
 ram partes totius cisternæ, Et appono fra-
 ctionem cisternæ, quam aqua intra unam
 horam impliet, hoc modo, $\frac{2}{9} \frac{1}{9}$ tunc
 tertium per secundum multiplico, produ-
 ctum per primum diuide, Quotiens, qui est
 Hora $4 \frac{9}{18}$ seu Hor. $4 \frac{1}{2}$ soluit que-
 sionem.

Sic stabunt numeri.

Pars cisternæ Hora Tota cisterna	Quotiens
implenda	implenda
$\frac{2}{9}$	$\frac{1}{9}$
$\frac{1}{9}$	$\frac{1}{9}$
$4 \frac{1}{2}$	2
	Exem.

Exemplum secundum. 42

Data cisterna que per aqua ductum implatur horis 9. & per inferius foramen evacuetur horis 3. Si queratur, quanto tempore cisterna dicta plena aqua evanabitur, si simul per aqua ductum superiorem in eandem aqua affluit? Operatio similis priori instituatur, & idem Quotiens Hora + $\frac{1}{2}$ soluet questionem.

Exemplum tertium.

Datis aliquot cisternis aquilibus per aqua ductum implendis, quarum una impletur horis 4, secunda horis 6, tertia horis 8, quarta horis 10. Queritur si omnes hi aqua ductus in unam cisternam deruantur intra quot horas eandem implerent? Frango in primis omnes numeros datos bararum $\begin{array}{r} 1 \ 1 \ 1 \ 1 \\ 4 \ 6 \ 8 \ 10 \end{array}$ deinde per casas per,

2. omnes ad inicem addo, productum $\begin{array}{r} 1 \ 2 \ 3 \ 4 \\ 1 \ 2 \ 2 \ 5 \end{array}$
seu $\frac{77}{120}$ das qu initate cisterna una hora

D 6 implen-

emplenda. Quare itaq; per ynam horam
impletur pars cisterna —⁷⁷₁₂₀ tota cisterna
quanto tempore implabitur. Quotiens in-
dicabit totam

Numeri sic stabunt.

Parte cisternæ	Hora	Tota cisterna	Quotiens
----------------	------	---------------	----------

<u>77</u>	<u>I</u>	<u>120</u>	<u>430</u>
			Hor 1.
<u>120</u>	<u>I</u>	<u>120</u>	<u>700</u>

cisternam implendam Hora 1. $\frac{51}{92} \frac{60}{40}$ seu
 $\frac{430}{770}$ id est minutis hora 34 circiter su-
 per ynam horam.

P R A X I S

Quia per auream regulam valor minutia-
rum cognoscitur.

Cum raro sit operatio Divisionis, post
quam aliqua fractio non relinquatur; cuius
valor, ut explicite magis per auream regu-
lam, modo infra par. 2 cap. 2 tradito, in-
qui-

DE AVREA REGULA.

quiratur. Obseruandus est primo in divisione integrer Quotiens, cuius nam sit denominatio nis. Secundo, Eiusdem Quotientis denominatio in quic partes minores immediate resoluta potest, ut in pecunia Vngarni, salari resoluuntur in florenos h: in 30 grossos, grossi in 3 solidos, solidi in 6 numeros, in pederibus, lapis in libra 40, aut 24, libra in uncia 16, uncia in drachmus 8, drachmi in scrupulos 3, scrupuli in grana 20. In astronomia, Circulus in signa 12, signum quadrilaterum in gradus 30, gradus in minutis 60, minutum in 60 secunda &c. Annus in 12 menses aut dies 365, aut in 366 anno bissexto. Dies in 24 horas, Hora in minuta 60, in Geometria milliare in stadia 32, stadium in pericas, vertica in passus geometricos 2, passus in 5 pedes, Pes in 4- palmos, Palpus in 4 digitos, Digitus in 4 grana hordei.

Quibus habitu pono primo loco Denominatorem fractionis, tum denominationem integrar Quotientis resolutam ad minores partes, pono secundo loco; & tandem 3

PARS III. CAP. I.

loco pono Numeratorem fractionis. In operatione ipsi, iuxta dicta multiplico secundum per tertium, vel è contra, productum duido per primum, Quotiens seu numerus quartus ostendet valorem fractionis.

Exemplum primum.

Assumo Quotientem exempli proxime adducti Hor: 4. $\frac{1}{2}$ Pono denominatorem fractionis 2 primo loco: secundo loco minuta hora 60. tertio tandem loco, Numeratorem fractionis 1 facta, operatione, prodeunt minuta horaria 30 contenta in fractione data $\frac{1}{2}$. In tertio exemplo Quotiens erat Hora 1. $\frac{430}{770}$ Primo loco pono Denominatorem 770, secundo minuta hora 60, tertio Numeratorem 430, & operatione facta, prodeunt minuta hora 34 circiter, contenta in data fractione $\frac{430}{770}$.

Numeri

DE REGVL A AVREA.

Numeri sic stabant.

Denominat-	Denominatio-	Numera-	Quo-
or fractio-	integri quo-	tor tra-	nens
nis	tientis seu	ctionis	minu-
	minuta v-		ta
	bius horæ		44
770	60	430	33.

Exemplum secundum.

In operarios 6 diuidatur salaryum unius mensis floreni 47, & facta operatione prodit quotiens floreni 7 in hac fractione $\frac{5}{6}$ Pono primo loco Denominatorem 6 secundo grossos 30, tertio numeratorem fractionis 5; operatione absoluta prodit Quotiens, numerus videlicet quartus 25, indicans in data fractione $\frac{5}{6}$ contineri grossos 25, à quolibet ex sex operarijs supra florenos 7 accipiendos.

Nu-

PARS III. CAP. I.

Numeri sic stabant.

Denominator Grossi Numerator Quotiens
fractionis. grossi

6 30 5 25

REGULA EVERSA.

In Regula Eversa opposita priori praxis
est seruanda, cum enim in regula precedente ea sit proportio numeri primi ad secundum, qua est numeri tertij ad quartum, ita ut quanto primus maior, aut minor est secundo, tanto maior aut minor est tertius quartus, Quia tamen non raro contingit, ut quo maior fuerit primus secundo, eo minor sit tertius quarto, & quo minor fuerit primus secundo, eo maior sit tertius quartus. Quare tunc primus per secundum, vel è contra, multiplicandus erit, & productus per certium diuidendus, Quotiens satu faciet questioni. Quando autem hac regula Eversa adhibenda sit, regularis doctrina non facile datur, sed ratio naturalis dictabit, occurrente quodam exemplo.

Exem-

DE AVREA REGULA.

Exemplum primum.

Indiget quispiam, ad vestem comparandam, vlnis panni 6, cuius latitudo est 15, palmarum quarti quot vlnas emere debeat ex alio panno, cuius latitudo est palmarum 9? Multiplicando primum per secundum, productum 90 dividendo per tertium 9, respondet cum indigere vlnas 10.

Numeri sic stabunt.

Palmi.	Vlnas	Palmi	Quotiens vlnas
15	6	9	10

Exemplum secundum.

In quadam mola sunt lapides molares 12, lapides 7 molunt modios frumentis 100 intra horas 12; cupit quispiam scire, lapides 12 eisdem 100 modios intra horas molent.

Numeri sic stabunt.

Lapides Hora	Lapides	Hora
7	12	12

Quotiens 7
Exem-

Exemplum tertium.

In quibusdam Regionibus venditur caro bubula per libras. Emit quissiam bouem florenis 23, grossis 8 vendit 5 libras carnium: postmodum mutatis temporibus, similem bouem emit florenis 16. Quarit grossis 8 quot libras carnium vendere debent.

Numeri sic stabunt.

Floreni Libræ. Floreni

Libræ

23 5 16 Quotiens $7\frac{3}{16}$

In hiis tribus exemplis multiplicatus est secundus per primum, vel è contra, & productus per tertium est diuisus. Nam si per tertium secundum multiplicatus, & productus per primum diuisus fuisset, non caruisset operatio grandi errore, ut cuilibet sole clarius patere potest: In primo exemplo, pauciores vlna pannū requirerentur ad vestem conficiendam, ex panno 9 palmos lato, quam ex panno 15 palmos lato. in secundo infra pauciores horas molerent 7 lapides modios

modios frumenti 100 quām lapides 12.
In tertio carius venderetur caro, dum boves
viliori pretio veneunt. Quia omnia repugnāt
Luminis naturali.

46

REGVLA COMPOSITA.

Regula aurea composita est, in qua plures numeri quām tres cogniti proponuntur, ita tamen ut semper sint tres principales, alijs adiuncti. Modus operandi duplex est, vel per repetitionem regula simpliciū trium, vel quilibet numerus per sibi adiunctum multiplicetur, ut tantūm tres numeri euadant.

Exemplum.

Cuidam patrifamiliae soluunt duo convictores mensibus duobus florenos 35, querit quot sibi floreni soluerentur mensibus 12, si aleret 8? Quaro in primis, quot acciperet à duobus, mensibus 12? quandoquidem à duobus, mensibus duobus accipit florenos 35.

NU-

Numeri sic stabunt.

Menses Floreni	Menses	Floreni
2	35	12 Quotiens 210

Vel sic. Quero quot florenos accipiet à coniuctoribus 8, duobus mensibus, siquidem à duobus coniuctoribus duabus mensibus accipit florenos 35.

Numeri sic stabunt,

Coniuctores Floreni	Coniuctores	Floreni
2	35	8 Quot: 140

Hic habitus. Quero si 2 Coniuctores soluant duodecim mensibus florenos 210, quot florenos soluant mensibus 12 Coniuctores 8.

Velsic. Si Coniuctores 9 soluant mensibus duobus florenos 140, Mensibus duodecim quot florenos soluent.

Numeri sic stabunt:

Coniuctores Floreni	Coniuctores	Floreni
2	210	8 Quot: 840

Vel

DE REGVLA SOCIET.

Vel

Menses Florenſi Menses Florenſi
2 140 12 Quotiens 840.

Alter modus regule trium composite hic
eft, Multiplio duos menses per duos Convi-
ctores, produclum primo loco pone; Item
Conuictores per 12 menses produclum ter-
tio loco pone; in medio numerum floren-
rum quos due conuictores duebus mensibus
ſoluunt.

Numeri ſic ſtabunt.

Conuictores Florenſi Conuictores Florenſi
4 35 96 Quot: 840.

C A P V T I I.

Dc Regula Societatis.

Regula Societatum in mercatura utilif-
ſima, & latiffime patens, nihil eft a-
liud, quam Regula trium in eodem ex-
empli ſapius repetita; quaerunt adhibetur,
quando plures initio contractu conferunt pe-
cuniam.

cuniam ad negotiationem communem , vt postmodum lucrum inter se diuidant. Duplex status Regulae societatum reperitur: Primus , quando praeceps lucrum aut damnum in plures diuiditur, habita tantum ratione summa capitalis à quolibet contributa. Secundus quando insuper variatio temporis interuenit , ratione cuius lucrum aut damnum proportionaliter diuidendum est.

Operationem aggressurus, colligo in vnu per additionem pecuniam ab omnibus contributam quam primo loco pono, secundo loco pono lucrum, tertio pecuniam singulorum separatim. Facta hac collocatione, multiplico secundum numerum per quemlibet terrium separatim, & tandem quemlibet productum separatim diuido per primum. Quotientes pandunt, quantum quilibet ex lucro accipere debeat. *

Quod si insuper temporis diuersitas intercedat, tunc cuiuslibet pecuniam multiplico per tempus, productos separatim vnum sub alio tertio loco pono, secundo loco lucrum, primo summam omnium productorum tertio loco positorum. Mox multiplico secundum

DE REGULA SOCIETAT. 91

per quemlibet separatum tertio loco positum,
productos separatum diuide per primum
quotientes ostendunt quantum vnuusquaq;
pro quantitate data pecunie, & diversitate
temporis in lucro accepturus sit. Exemplis.
res clarior redditur.

48

Exemplum primum.

Quatuor mercatores lucrati florenos
1546, quorum primum in summam ca-
pitalem contulit florenos 240, alter 300,
tertius 540, quartus 650, Quarinus
quantum proportionaliter vnuusquaq; ille-
rum ex lucro referet?

Numeri sic stabunt.

Summa	Lucrum	Pecunia	Lucra sine contributa commune singulo;	gulorum
				$\frac{810}{1730}$
240	214			
1730	1546	300	268 $\frac{160}{1730}$	
		540	482 $\frac{980}{1730}$	
		650	580 $\frac{1100}{1730}$	
				Facte

	Facta operatione, reperio primum debe-
	re accipere florenos 214 $\frac{820}{1730}$, secundum
268	$\frac{160}{1730}$, tertium florenos 482 $\frac{980}{1730}$,
	quartum 580 $\frac{1500}{1730}$.

Exemplum secundum.

Tres mercatores contulerunt in negotia-
tionem 9000, primus dedit florenos 400
secundus 600, tertius 2000; in via à la-
tronibus factum est damnum in mercibus
communib[us] florenorum 300. Quaritur
quantum proportionaliter damnum in reli-
quo lucro quilibet illorum patietur?

Numeri sic stabunt.

Summa con-	Damnum	Pecunia	Damnum
tributa	commune	singulorū	singul:

9000	800	400	35 $\frac{5000}{9000}$
------	-----	-----	------------------------

600	53 $\frac{3000}{9000}$
-----	------------------------

8000	711 $\frac{1000}{9000}$
------	-------------------------

Exem-

Exemplum tertium.

49

Tres mercatores summa capitali florenis
 2000 lucrati sunt florenos 1520. primus
 ad summam capitalem dedit florenos 500,
 sed post 6 menses, eosdem recepit: secun-
 dus dedit florenos 700, quos in negotiatio-
 ne habuit mensibus 9: tertius contulit flo-
 renos 800 quos in negotiatione reliquit 12
 mensibus. Iam quaritur quantum unus
 quisq; illorum proportionaliter ex lucro ac-
 cipere debeat, habita ratione pecunia ad
 negotiandum data, & temporis quo facta est
 negotiatio cum cuiuslibet pecunia?

Numeri sic stabunt.

Summa Lucrum Pecunia Lucrum
 omnium cōmune singulorū singulorum:

18900	1520	{ } 3000	{ } 1. 241	1100
				18900
		{ } 6300	{ } 2. 506	11600
				18900
		{ } 6900	{ } 3. 772	15100
				18900

Examen facile est. si enim omnes quo-

riente*s* in unum colligantur, prodit lucrum
secundolo*c*o positi*m*.

C A P V T I I I.

De Regula Alligationis.

Regula Alligationis est, quo duo aut plura pretia statuta ad unum pretium arbitrium, seu voluntarium alligantur. Hoc pretium maxima arbitrium assumptum medium esse debet inter duo pretia statuta, non quia, m. ex. Ete medium sed ut viuu si maiore pretio statuto, & maius minore.

Quid si plura statuta pretia fuerint, ad minimum etiam si maius aut minus pretio ad arbitrium assumpto.

Alligatio numero*m* talis est, pretium ad libuum assumptum ponitur in medio ad levam, pretia statuta ad extreamum super aliud, & tandem differentia inter voluntarium & quodlibet pretium statutum in tertia linea dextram versus, directe statu*m* respondentes: hoc tamen modo, ut differentia inter pretium ad libuum assum-

ptum & pretium statutum maius, ponatur
penes pretiam statutum quod minus est vo-
luntario, & è contra, differentia inter sta-
tutum voluntario minus, & ipsum pretium
voluntarium, ponatur iuxta statutum pre-
tium quod maius est voluntario. 50

Quando pretia statuta sunt plura mino-
ra voluntario, tunc singulorum differentia
cum voluntario, iuxta statutum pretium
maiis voluntario, in eadem linea dextram
versus ponantur, & qualibet differentia pun-
cto discernatur; differentia vero maioris
pretij statuti cum voluntario, eadem statua-
tur iuxta statuta pretia omnia, qua minore
sunt voluntario.

Eadem modo quando plura statuta pretia
maiora sunt voluntario, differentia eorum
dem cum voluntario, ponantur iuxta minus
(aut minora si plura sunt) statutum pretium
voluntario & minori statuti pretij ipso vo-
luntario, differentia ponatur eadem iuxta
omnia pretia statuta maiora ipso volant-
ario.

Operatio sic perficitur. Primo loco pono
summam omnium differentiarum; secundo

loco numerum pretij statuti, tertio loco differentias respondentes pretijs statutis iuxta dicta. Quo Posito, toties Regulam trium repeto, quae sunt differentiae, multiplicando omnes per secundum, & productos, per primum, summan: differentiarum, dividendo, Quotientes questionem soluent. Rem hanc aliquomodo inuolutam, exemplis illustro.

Exemplum primum.

Venditur Viln& vini Vngarici olla grossi	
90, Francici grossus 60, Cupit quispiam	
ex utroq; rnam ollam emere grossus 70,	
Quaritur quantum ex quolibet vino sume-	
re debet, ne aut anopola damnum, aut em-	
pior iniuriam referat? Pretia statuta sunt	
grossi 90, & 60, arbitrarii sunt grossi	
70, Differentiam itaq; 20, interpretium	
voluntarium assumptum	90 10
grossorum 70, & pre-	70
cium statutum grossorum	60 20
90, pono iuxta pretium	
60, & differentiam grossorum 10 inter-	
70 & 60, iuxta pretium statutum 90,	
	100

DE REGVL A ALLIGAT. 101

hoc modo. Dico ergo summa differentiarum
 30 dat vnam ollam, quantum dabit differ-
 entia 10. Rursus summa differentiarum
 30 dat vnam ollam vni quantum dabit
 differentia 20 & inuenio Quotientes $\frac{10}{30}$
 qui indicant Vini Francici accipienda esse
 duas quartas olla, & ex tribus partibus quar-
 ta duas, Vini vero Ungarici vnam quartam
 olla, & tertiam partem quartam, 51

Numeri sic stabunt.

Summa Differ: Olla Differentia

	20	Quo-	$\frac{10}{30}$
30	I	tien-	$\frac{10}{30}$
	10	tes	$\frac{10}{30}$

Quod si eodem pretio plures ollas vini
 permixti emere vellem, sint olla 30, quan-
 tum ex quolibet vino accipendum esset, si-
 mili modo inquiero.

Numeri sic stabunt.

Summa Differ. Olla Differentia Olla

	20	Quotient.	20
30	30	tes	
	10		10
E 3			Facta-

Factaqz operatione , inuenio ex Vino
Francico sumendas ollas 20, ex Vngarie
10, pro quo dandi sunt floreni 70.

Exemplum secundum.

Quidam nuptias celebraturus , misit fa-
mulum Vilnam cum 100 florenis ad emen-
dum 20 libras aromatum, videlicet Cin-
namomi, gariophylorum , Piperis & Croci.
Pretia statuta herum sunt, Cinnamomi li-
bra floreni 6. Gariophylerum floreni 8,
Croci floreni 24. Piperis florenus unus.
Quaritki quot libras ex quolibet genere a-
romatum accipere debet ? In primis qua-
to pretium medium inter maximum & mi-
nimum , seu arbitriatum aut voluntarium
hoc modo. Si 20 librae constant florenis
100, una quanti constabit, & inuenio , flo-
renos 5 medium pretium. Nam pretio
medio habito , alligo omnia pretia ad ini-
cem, & quia statuta pretia tria maiora sunt
medio pretio , ideo minora tria alligo pretio
statuto 1, ponendo iuxta unum omnium
trium differentias a medio, videlicet 19 3:

1 & 4 differentiam statuti pretij unius à medio, pone iuxta omnia tria prelia statuta in medio maiora, hec modo.

Dico ergo sum-
mū differentiarum
35 dat libras 20,
quot dabant qualis-
bet differentia se-
paratum?

	6	4
	8	4
	5. 24	4
	1	19. 3. 1.

52

Numeri sic stabunt.

Suīma diffēt: Libræ. Diffētē. Libre.

	4	2	}
35	20	4	
		2	
		4	35
23	13	1	35

seu $\frac{3}{7}$

seu $\frac{1}{7}$

Factaq; operatione inuenio eum debera accipere ex Cinnamomo, Gariophylis, & Crocodilus libras & duas partes ex 7 partibus libra, id est uncias 4. Ex pipere vero libras 13 & unam partem ex 7 partibus unius libra, id est uncias 2.

Exemplum.

Quidam pro familia vult emere florenis 420 varij pauni vlnas 70, unius vlna venditur florenis 3, secundi 4, tertii 7, quarti 8, quinto 12, sexti florenis 20. Quaritur quot vlnas ex quolibet panno accipere debeat. Inquiero prius, ut supra, medium pretium, & quia 70 vlnae debent florenis 420 emi, Dico, 70 vlnae dant florenos 420, quot dabit 1 vlna? & inuenio florenos 6.

*Observandum hic est, quando sunt pretia statuta plura maiora & minora medio pre-
cio, ut in hoc exemplo accidit, alligatio pre-
riorum multi modis fieri potest ut patet in
hac alligationibus unius exemplis.*

Alligatio prima.

Pretia statuta Differentia

Premium media	3	14
	4	6
6	7	2
	8	1
	12	2
	20	3

Hic

'DE REGVL A ALLIGAT.

103

Hic alligo 3 cum 20, 4 cum 12, 7

ex his 8. Pro operatione per aureā regulam.

Numeri sic stabunt.

53

Summa dif. Vlnæ e. Differenç. Vlnæ
ſerentiarū mendæ iiii.

		14	35
		6	15
28	70	2 Quoti-5	
		2 entes 5	
		3	7 $\frac{14}{28}$ seu $\frac{1}{2}$
		1	2

Quotientes directè differentijs respondentes, ostendunt quantum ex quolibet panno, cuius pretium ipsiusdem differentijs respondet, accipendum sit.

Alligatio secunda.

Pretia statuta Differentiæ

Pretium medium	3	6. 1.
	4	14. 2.
	7	3.
	8	2.
	12	3.
	20	2.

B. S.

Alligat.

Alligatio tertia.

Pretia	Differentiæ.
--------	--------------

Pretium medium.	3	14. 6. 2. 1.
	4	14. 6. 2. 1.
	6	3. 2.
	9	3. 2.
	12	3. 2.
	20	3. 2.

In secunda alligatione alligo 3 cum 12
& cum 7. Item 4 cum 20 & cum 8.
In tertia alligatione alligo duo minora pre-
tia cum quatuor maioribus, & omnia qua-
tuor majora cum utroq; minore pretio.

Quotientes, in utraq; sequente alliga-
tione, directe differentijs priorum respon-
dentes, dant numerum vlnarum ex quali-
bet panno emendo : fractiones in unum col-
lecta, in priore quidem exemplo faciunt
tres vlnas panni diversi, in posteriore veri-
duas vlnas.

Hic emptori electioni relinquitur, iuxta
quamlibet harum trium alligationes, emere

DE REGVL A ALLIGAT. 157

panni præstioru aut vilioru, plures vel
pauciores vlnis, pro pluralitate personarum
sua familiæ, dignitorum vel viliorum.

Pro operatione per auream regulam in
secunda alligatione. 54

Numeri sic stabunt.

Summa	Vlnæ	Differē-	Vlnæ
differē-	panni	vlnæ	
biacū.	emendæ		

7	14	$\frac{28}{33}$
16	Q'10.	$\frac{31}{33}$
33	70	$\frac{12}{33}$
2	tcs	$\frac{8}{33}$
3	6	$\frac{12}{33}$
2	4	$\frac{8}{33}$

Pro operatione per auream regulam in
alligatione tertia.

E 6

NH-

Numeri sic stabunt.

Gumma	Vlnæ	Differen.	Vlnæ
differen-	panni e-		
quarum.	mendæ.		

		23	24	26
		23	<u>Quo</u> 24	
66	70	5	tien-	5
		5	ces	5
		5		5
		5		5

*Examen regula alligationis sit hoc modo:
Reclam operationem fuisse cognosces, si quotientes in vnum collecti, & quiualeant numero in aurea regula secundo loco positæ, qualia in nostro exēplo assumpto tertio loco sunt panni vlnæ 70 equiuivalentes, numero secundo loco positæ.*

CAPUT IV.

De Regula Falsi.

Regula hac non id est regula falsi appellatur, quasi per illam falso ducatur,

eur, sed quia ex *assumpto falso numero*, *ver-*
rus eruitur.

Duplex est, alia Simplicis, alia Duplicitis Positionis. Regula falsi simplicis positionis illa est, in qua uniuersum assumitur numerus, qui questioni satisfacturus putatur.

E contra regula Duplicitis Positionis, in qua assumuntur duo numeri, qui questionem soluturi putantur. Magnum est inter utramque discrimen, nam totum id quod per primam soluitur, per secundam solvi potest, non e contra.

De Regula Falsi simplicis positionis.

Soluturus questionem per hanc regulam simplicis positionis, assumo quemcunq^z numerum, (optimum tamen est, si assumatur numerus talis, qui in similes partes, quae proponuntur, dividit possit, ut videntur fractio-nes) & hunc confero cum summa ex numero meo collecta, tertio autem loco pro auctor regula, pono numerum mihi propositum. Exempli illustratio.

Exemplum primum.

A quodam ex amicis meis interrogatus,
quot haberem annos, respondi si haberem
ad hunc tot quot habeo, & annorum meorum
 $\frac{1}{2}$. item $\frac{1}{3}$. item $\frac{1}{4}$. item $\frac{1}{6}$. partem, ha-
berem annos 117. Huius regulæ ei artem
aperiendo, dixi, ut acciperet numerū quem
vellet, accepit 12, horum tamen sunt 12.
 pars $\frac{1}{2}$ sunt 6. $\frac{1}{3}$ 4. $\frac{1}{4}$ 3. $\frac{1}{6}$ 2.
 haec omnia in unum collecta faciunt annos
39, debebant autem esse 117. Dicendo
itaq; si 39 summa collecta prouenit ex 12
annis assumptis, anni 117 ex quo proue-
nient numero; & facta operatione reperit
36 annos vita mee; quorum tantundem
sunt 36 $\frac{1}{2}$ 18. $\frac{1}{3}$ 12. $\frac{1}{4}$ 9. $\frac{1}{6}$ 6.
 que omnia in unum collecta, efficiant
summam a me prolatam, n. mpe 117. hinc
reclie se operatum agnoscit.

Exem.

Exemplum secundum.

Quatuor mente numeros diuersos conceperunt, sed secundus concepit duplo plus quam primus, tertius triplo plus quam primus, & quartus eodem quadruplo plus.

Summa omnium 160. Ut cuiuslibet numerum conceptum inquiram, pono primum concepisse 4, consequenter secundus duplo plus, nempe 8, tertius 12, quartus quadruplo plus primo 16. Summa horum 40, debebant autem esse 160. Dico itaq;₃, ex 40 proueniunt 4, ex 160 quot prouenient: factaq;₃ operatione per regulam auream, inuenio 16. Eodem modo regulam trium de omnibus sequentibus repeto, discendo, 40 dant 8. 12. 16 quot dabunt 160. Vel sic breuius, quando uidem primum concepisse 16 reperio, secundus duplo plus, nempe 32 concepit, tertius triplo plus, nempe consequenter 48, quartus 64, hic enim est numerus quadruplicis primi; qui numeri cum omnes in unum summam collecti faciant 160, rectam operationem esse agnoscō.

Eadem

III PARS III. CAP. IV.

Eadem proportio dupli, tripli, quadru-
pli, &c. potest sumi cum immediate ante-
cedentibus, non vero cum primo, ut patet in
sequenti exemplo.

Exemplum tertium:

Quidam mercator ait, se negotiatum
esse annis quatuor feliciter, secundo anno
lucratus est duplo plus quam primo, tertio
triplo plus quam secundo, quarto quadru-
plo plus quam tertio, & summam lucri ha-
bet 1782 florenos. Quaritur quantum
primo anno, & consequenter alijs annis, sit
lucratus.

Assumo eum lucratum esse primo anno
florenos 20, secundo consequenter 40,
tertio 120, quarto 480. Summa ho-
rum omnium 660; debebant autem esse
1782. Huius habitis Dico ex 60 proueniunt
20, ex 1782 quot prouenient; factaque
operatione reperio 54: quae indicant pri-
mo anno cum lucratum esse florenos 54,
secundo 108. tertio 324. quarto 1292;
hac omnia in unam summam collecta fa-
ciunt 1782, ex quo mercator mercede o-
peratum esse fatebitur. De

De Regula Falsi Duplicis positionis.

57

Operatio talis est: assumo numerum quemcunq;^z, & instituo operationem, suxta modum operandi simplicis positionis. Et quidem si summa ex numero à me assumpto aequalis fuerit mibi proposita, absoluta manebit questionis, per primam operationem, quoniam intentum assecutus sum. Quod si summa ex numero à me assumpto producta maior vel minor fuerit numero mibi proposito, tunc accipio differentiam summa mea, à numero proposito, qua Error vocatur, quam inferius ad latus crucis colloco, cum litera M. vel P. idest Plus vel Minus, M. quidem, si summa mea minor fuerit numero proposito, P. verò si eadem summa mea maior fuerit; simulq; superius supra literam ad latus Crucis pono numerū à me assumptum.

Deinde assumo, aliud numerum quem proximus puto questioni satufacturum, & si pari modo ex eo summa procreata non fuerit aequalis numero proposito, idem ambi-

114

no facio , quod in prima operatione.

Hus peractis subtraho vnum Errorem ab alio, si uterq; eadem litera M, vel P. noteatur, differentiamq; pono sub cruce, qua differentia Diuisor operationis erit Quod si unus Error notetur litera M, & altera P, utrumq; inuicem addo , ut prodeat Diuisor questionis , sub cruce ponendus.

Demum multiplicis in crucem numeros assumptos per errores , productum à producio subtraho, si Errores eadem litera notentur ; si diuersæ unus Error litera M, altera P. productos ad inuicem addo , ut prodeat numerus diuidendus , quo diuisse per Diuisorem , Quotiens dabit numerum qui questionis satisfaciet. Hoc exemplis illustro.

Exemplum primum.

Quidam ex suis prouentibus annuis , dicit se quartā parte prouentū soluere debita, & ex media parte, quartā partē distribuere in pauperes; hi distributis relinquuntur illi floreni mille ex media prouentuum parte. Quaritur quantos habeat reditus.

Pono

DE REGVL A FALSI. 115

Pono eum habere florenorum 4000, quo-
rum $\frac{1}{4}$ sunt 1000, dimidium 2000,
dimidiij, $\frac{1}{4}$ sunt 500; hac omnia in vnu
collecta dant 1500, que abstracta à dimi-
dio numeri 2000, manent 500 debe-
bant autem mansisse 1000. Erratum est er-
go per defectum in 500 florenis. Rursus
pono eum habere 6000 florenorum, quorū
 $\frac{1}{4}$ sunt 1500, Dimidium 3000, dimidiij
 $\frac{1}{4}$ 750 summa 2250, que abstracta
à dimidio, relinquit 750, debebant autem
esse 1000. Erratum est ergo rursus per de-
fectum florenis 250.

Numeri assumpti.

Subtraho	4000	6000
Errorem mi- norem à mi- iore, relin- quitur Divi- sor 250.	M	X M.
Error 500	250 Error	
	Divisor	
	250.	
Multiplico in crucem numeros assump- tos per Errores,		

Errores, productum minus à maiore abstrahbo, relinquitur numerus diuidēdus 2000000, qui diuisus per diuisorem 250, dat Quotientem 8000, annum prouentum, cuius $\frac{3}{4}$ sunt 2000, dimidijs $\frac{1}{4}$ sunt 1000. abstractisq; 3000 à dimidio nempe à 4000, relinquuntur 1000, quod fuit propositum.

Exemplum secundum.

Quidam interrogatus, quot annis militia seruiuisset? respondit. Si annos militia mea duplificarem, & dupli medianam partem adderem, insuper & annos duos, Item dupli $\frac{1}{4}$ & insuper annos 13, essent anni 50. Assumo numerum 6, cuius duplum sunt 12, dupli media pars 6, addo insuper 2, Dupli $\frac{1}{4}$ -3. addo insuper 13. Colligo omnes hos numeros in unum, summa est 36; debebant autem esse 50. Erratum est in 14. Rursus assumo numerum 12, duplum erit 24, dupli dimidium 12, addo insuper 2, dupli $\frac{1}{4}$ 6, quibus addo 13; sum-

DE REGVL A FALSI.

119

summa omnium est 57, debebant autem
esse tantum 50. Erratum est ergo per ex-
cessum in 7 annis.

59

Numeri assumpti.

Iam addo	imus.	edus.
vtrumq; Er- rorem adin- uicē, & pro- dit Divisor	6	X 12
21 Deinde	M	P.
multiplico as- sumptos in crucem per errores, producta in vnum colligo, prodit numerus dividendus	Error 14.	7. Error
210, qua diuisa per Dividendum 21 Quo- tiens 10 soluit questionem. Huius enim duplum sunt 20, dimidium dupli 10, ad- do 2. dupli $\frac{1}{4}$ s. addo 13, que in v- num collecta faciunt annos 50. Decem et annis, milstia inseruit.	Divisor 21	

C A-

CAPUT V.

De Progressione.

Progressio numerica est series multorum numerorum ordine sequentium & proportionaliter se superantium. Progressio alia est Arithmetica, alia Geometrica. Arithmetica progressio est, quando numeri omnes eadem consequenter quantitate se superant; ut si primo secundus maior sit tribus numeris, etiam secundo, tertius, tertio quartus &c. maior ent tribus numeris. Progressio Geometrica est quando numeri se superant, ut si primo secundus duplo aut triplo maior fuerit, minor etiam secundo tertius, tertio quartus &c. duplo aut triplo erit.

In veraq₃ progresione hec sunt Observanda. Primo, Manus extreum seu terminus ultimus, & minus extreum. seu primus terminus. Secundo. Differentia terminorum, quanlibet aliud est, quam numerus unius, quibus unus numerus alterius superat;

perat, quem quidem in progressione Arithmetica hoc modo inuenio, alstrabo minorem terminum a sequente maiore, residuum est differentia. In Geometrica progressione differentiam dictam, quae & Denominatio proportionis appellatur, inuenio si quemlibet numerum progressionis, per proximum minorem aufero, Quotiens enim Differentia erit. Tertio, Numerus terminorum, quem hoc modo inuenio: aufero ex ultimo termino terminum primum, reliquum dividendo per differentiam terminorum, Quotientis addendum, & eis flatum, erit numerus terminorum.

PROGRESSIO ARITHMETICA.

Progressio Arithmetica est vel Naturalis, quando omnes numeri consequenter unitate superant, vel Parium quando numeri sequentes paribus se numeru equaliter superant, qua progressio a binario vel alio pari numero incipit vel imparium, quando numeri sequentes imparibus numeru equaliter

ter se excedunt, & incipit hac progressio
ab unitate.

Progressio Naturalis.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12.

Progressio Parium.

2. 4. 6. 8. 10. 12. 14. 16. 18. 20. 22.

Progressio Imparum.

1. 3. 5. 7. 9. 11. 13. 15. 17. 19. 21. 23.

Intentum utriusq^z, progressionis hoc est,
facili negotio, omnes numeros proportiona-
tè se superantes in unam summam collige-
re. Hoc in progressione Arithmetica varijs
modu fieri potest. Nam in primis in pro-
gressione Naturali terminum ultimum mul-
tiplico per proximè numerum maiorem di-
midium est summa omnium numerorum.

Exemplum.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12.

Multiplico 12 per 13 producti 156
dimidium 78 est summa omnium.

Vcl sic.

Quando ultimus terminus est par, multi-
plico eidem proximè maiorem per dimidium
ultimi,

61

DE PROGRESSIONE. 121

vltimi, productum erit summa omnium. Ve
in dato exemplo Vltimus terminus est 12,
multiplico proxime maiorem 13 per di-
midium vltimi per 6, proditq; summa 78.

Quod si vltimus terminus imparium yni-
tatum fuerit, eundem vltimum terminum
multiplico per dimidium proximi maioris.

Exemplum.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.

Multiplico 9 per 5 dimidium sequen-
ti nempe 10, productum 45 est summa
omnium. In primo operandi modo, multi-
plico 9 per proxime maiorem videlicet
10, produnt 90, quorum dimidium
45 est summa omnium.

In Progresione imparium inquiro nume-
rum terminorum, quem in seipsum duco, pro-
ductum est summa omnium numerorum.

Exemplum.

1. 3. 5. 7. 9. 11. 13. 15. 17. 19. 21.

Multiplico 11. per 11. productum 121
est summa omnium.

In progressione parium, per dimidium ultimi termini, multiplico proximè maiorem illo dimidio, productum est summa omnium.

Exemplum.

2. 4. 6. 8. 10. 12. 14. 16. 18.

Dimidium ultimi termini sunt 9, per quod multiplico proximè maiorem numerum dimidio, videlicet 18, productum 90 est summa omnium.

Proprietates progressionis Arithmeticæ.

Primo, Datū tribus numeris in progressionē continua, tantū valent termini, quantum sum medius duplicatus: vt 6. 8. 10. bis 8. sunt 16, & 10 cum 6. faciunt 16. Secundo, Datū quartuor termini, tantum valent duo numeri intermedij in unum collecti, quantum vterq; terminus. Vt 3. 5. 7. 9. intermedij 5 & 7 sunt 12, etiam 9 & 3. sunt 12. Tertiō, Numerus intermedius duplicatus tantum valet, quantum

DE PROGRESSIONE. 123
vterq; terminus equaliter à medio distans.
vt 2. 8. 14. bis enim 8 sunt 16, &
14 cum 2 faciunt similiter 16.

PROGRESSIO GEOMETRICA.

Progressio Geometrica protenditur iuxta differentiam numerorum, seu iuxta Denominatorem proportionis, nam si in proportionē dupla se numeri superant, quemlibet numerum multiplico per 2, & producuntur numeri sequentes. vt incipiendo ab 1. Dico bis 1. sunt 2. bis 2. sunt 4, bis 4 sunt 8. bis 8 sunt 16, bis 16 sunt 32. bis 32 sunt 64. &c.

Si proportionē tripla se numeri superant, multiplico quemlibet numerū per 3, & produculo sequentes. vt incipiendo ab uno Dicitur 1 sunt 3, ter 3 sunt 9 ter 9 sunt 27, ter 27 sunt 81, ter 81 sunt 243. &c.

Colliguntur omnes numeri in unam summam hoc modo Primum terminum ab ultimo aufero, residuum diuido per differentiam numerorum, seu per Denominatorem

proportionis unitate minorem; Quotienti ultimum terminum, seu maius extremum addo, collectum est summa omnium.

Exemplum primum.

1. 2. 4. 8. 16. 32. 64. 128. 256. 512. 1024.

Ausero ab ultimo numero unum, ut sint 1023, quæ, cum Denominator proportionis sit 2, per unum diuidere deberem, verum quia unitas, sicut non multiplicat ita nec dividit, ideo tantum ad 1023, addo 1024 & prodit summa omnia 2047.

Exemplum secundum.

1. 3. 9. 27. 81. 243. 729. 2187. 6561.

Ausero ex ultimo 1, ut sint 6560, quæ diuido per 2. cum Denominator sit 3. Quotienti 3280 addo ultimum termini 6561 prodit summa omnia 9841.

Proprietates progressionis Geometricæ.

Primo, Datis tribus numeris, tantum prouis.

producitur multiplicando tertium per pri-
mum, quantum multiplicando secundum
per seipsum vt 4 8 16. utrobique pro-
ducuntur 64 Secundo, Datis quatuor
numeri, tantum producitur multiplicando
quartum per primum, quantum multipli-
cando tertium per secundum, vt 4, 8, 16,
32, utrobique producuntur 128. Tertio,
Tantum producitur multiplicando duos nu-
meros intermedios aequaliter ab extremis
distantes, quantum producitur multiplican-
do ipsos terminos unum per alium vt in b 16
tripla proportione, 3. 9, 27, 81, 243,
729, 6561, multiplico 81, per 243,
producitur 19683 similiter multiplico ul-
timum terminum 6561, per primum ter-
minum 3, producuntur 19683. Et sic in
reliquis eadem 19683 producuntur, dum
multiplicantur 2187 per 9, Item 729
per 27.

NOTATIO.

Progressio Geometrica à minimis termi-
nis, in maximos numeros ducit terminis in-

seriebus crescit, adeo, ut preceptorum arithmeticorum & geometricorum ignariorum, paradoxas, qua ex hac regula eruuntur, videantur.

Exemplum.

Dato exercitu centum millium, soluatut toti exercitui, proportione dupla prima septima vnicus nummus (quorum 18 in grossso polonico continentur) secunda septima 2 nummi, tertia 4, quarta 8, quinta 16, sexta 32, & sic consequenter usq^e ad 52 (tot enim in anno sunt) septimanas, summa omnium nummorum erit 4503599627370495. qua diuisa per 18 dant grossos 250199979298916, bac rursus diuisa per 30, dant florenorum 8339999309963 grossos 26 num 7. Id est florenorum Octo millones millionum, trecenta triginta nouem millia millionum, nongentos nonaginta nouem millions, trecenta nouem millia, nongentos sexaginta tres florenos. Quâ summâ eadem centum millia militum, possent ali annu 138999 id est,

id est, centum triginta octo millibus anno-
rum, nongentis, nonaginta nouem annis, &
diebus 360, si cuilibet annum stipendium
solueretur, florenis 600, & omnibus an-
num stipendium, florenorum 6000000
id est sexaginta milliones.

Item si quis Turicum equum mille flore-
nis estimatum, vendere vellet, emporiū
proponeret utrum sibi, equum emendo, clau-
iculos tantum 24 soluere vellet, propor-
tione geometrica tripla, dando pro pri-
mo clauiculo unum nummum, pro secun-
do 3, pro tertio 9, pro quarto 27, &
sic consequenter usq; ad vigesimum quartum
& ultimum. Multi credo hanc leuem primo
intuitu conuentionem susciperent, sed qui
equum soluendo esset non inueniretur. Nam
summa numerorum excresceret in numeros
141214768240, qui faciunt grossorum
7845264902, & florenorum 2610
508830, id est ducentos sexaginta
unum millionem, quingenta octo
millia, octingentos tri-
ginta florenos.

ARITHMETICÆ PRACTICÆ.

PARS IV.

DE RADICVM EXTRACTIONE.

Radicum extractione, est inventio Numeri, qui ductus in alium aliquam multiplicatiue, numerum propositum producit. Sunt autem huiusmodi numeri varij, ex quibus variae denominationes radices extrahuntur.

Alij vocatur Quadrati, qui producuntur ex quocunq; numero in se ducto. ut 16 est, numerus Quadratus, cuius radix sunt 4, nam 4 per seipsum multiplicatū dat 16.

Alij Cubi, qui producuntur ex ductura radicis Quadratae in numerum Quadratum. ut 64 est numerus Cubicus, qui producitur ex radice 4, ducta in quadratum 16.

Alij Zensizensi, seu Biquadrati, qui pro-

creant-

DE RADIC: QVADR: EXTR.

129

creantur ex ductu cubi in propriā radicem.
vt 256, multiplicato enim Cubo 64 per
radicem 4, prodeunt 256, qui est nu-
merus Zensizenſis seu Biquadratus. Vocat-
tur numerus hic Biquadratus, quia quadra-
tum radicus Zensizenſi in eum ducit efficit
zensizenſum, vt duxta 16 in se faciunt
256.

Alij surdesolidi, seu supersolidi primi,
qui proueniunt ex ductu radicis zensizenſi
in zensizenſum. vt 1024, est numerus Sur-
desolidus, multiplicato enim zensizenſo
256, per radicem 4, prodit surdesolidus
1024. Et alij in infinitum.

Verū cum apud astronomos & Arith-
meticos præter Quadratum & Cubum alijs
rarijs sunt in uſu, idē, Quadratorum trian-
gulum, & Cuborum modum radices extra-
bendi, ne dum breuis eſſe volo, longior ſim,
ponam.

C A P V T I.

De extractione radicis Quadratæ:

ANte omnem operationē, signandi sunt numeri punctus infra, incipiendo à dextris hoc modo. Primo signato omittitur secundus, rursus tertio signato omittitur quartus, & sic consequenter semper uno omisso, notantur punctus numeri alternatim. Et cùm in Diuisione nunquam Radices. Quadrata.

| | | |
|--|---|----|
| major assumatur pro Quotientequām Digi- | 1 | 1 |
| tus, ideo ad faciliore huius præ- | 2 | 4 |
| xim, subiungo tabulam numerorū Quadrato- | 3 | 9 |
| rum, quorū Radices sunt Dgitis. | 4 | 16 |
| | 5 | 25 |
| | 6 | 36 |
| | 7 | 49 |
| | 8 | 64 |
| | 9 | 81 |

Quibus presuppositis, operationem aggredior, incipiendo à sinistris more diuisi-

nis; & primo, Quero in tabula posita radicem numeri illius, qui est ab ultimo puncto finistram versus, quam radicem post Lunulam loco Quotientis pono: & hoc amplius in tota operatione repetendum non est. Quod si numerus ille præcisè quadratus non sit, assumatur radix proximè minoris Quadratis. Secundo, Quadratum radicus assumpta subducatur à numero supraposito, residuum supra, prout in diuisione fit, ponatur. Tertio, Totum quod est post Lunulam duplico, duplicati primam figuram à dextris colloco sub numero, ante penultimum punctum seu sub numero qui ponitur inter proxima duo puncta, reliquas si que sunt, finistram versus deinceps, quod duplicatum erit Diuisor primi membra operationis. Quartò, Quero quoties in supraposito numero Diuisor continetur, Quotientem pono post Lunulam, item sub penultimo punto penes diuisorem. Quintò, Fer proximè inuentum Quotientem multiplico diuisorem cum adiecto numero, productū subtraho à superioribus, residuum, ut in diuisione fit, supra pono: Et absolutum manet primū membrū operationis.

Membrum secundum sic perficio. Primo, Duplico totum quidquid est post Lunulam, produci primam à dextris pone sub numero ante punctum intactum, nempe tertium reliquas sinistram versus deinceps. Secundo, Inquit quoties Diuisor hic in supra positio numero continetur, Quotientem post Lunulam pono, & insuper pono diuisorem sub punto sequente. Tertio, Totum Diuisorem cū numero adiecio multiplico per Quotientem proxime assumptum, productum à superioribus abstraho, residuum supra noto, prout in diuisione. Et absolutum manet secundum operationis membrum. Simili modo procedendum est, prout in hoc secundo membro, si plura puncta fuerint dextram versus sub numero notata.

Quod si Diuisor ne semel inuentus fuerit in numero supra positio, scribatur post lunulam o, item sub punto sequente dextram versus, deletoq; toto diuisore ad sequens membrum procedatur.

Exemplum primum.

Dux exercitu trium millium militem in aciem edicere vult, & robur exercitus 1264

DE QUADR: RADIC. EXTR. 133

in quadro collocare. Quæritur quod in quo-
libet ordine sunt collocandi? Quare in pri-
mū ex tabula ra-

| | | | |
|--|---|---|------|
| diem numeri 12, | 3 | 3 | 9 |
| Cūm eam non | 2 | 6 | 4 |
| inueniam, nam | 6 | 5 | (35 |
| 12 præcisè qua-
dratus numerus non est, accipio ei proximè
minorem 3, quam pono post lunulā, cuius
quadratum 9, abstraho à 12, relin-
quuntur 3. Deinde duplico quidquid est
post Lunulam, nempe 3, productum 6,
pono ante sequens punctum sub 6, & qua-
ro 6 in 36 quoties inueniuntur? repe-
rio quidem sexies, verum propter figuram
sequentem, mox ad integrum diuisorem con-
stituendum, addendam, assumotantum 5,
pono 5 post lunulam, item sub puncto
sub 4. Quibus sic positis, multiplico 65
totum diuisorem per Quotientem 5 pro-
xime assimilatum, productum 325 subduco
à superioribus 364, & remanent 39,
qua quadratum non ingrediantur. Ponendi
ergo sunt in quolibet ordine Quadrati mil-
les 25, atq[ue] adeo in toto Quadrato, 1225. | | | |

Exemplum secundum.

Inquirenda est radix quadrata huius numeri 4276346. Primo quaro radicem numeri 4, & in tabula inuenio 2, quam post lunulam ponere; eius quadratum 4 subduco à 4 remanet 0. Deinde duplico quidquid est post Lunulam productum 4, pono sub 2 ante punctum sequens, & quaro 4 quoties in 2 contingit, & cum nec semel contineatur, ideo scribo post lunulam 0, item sub figura 7 puncto notata. Et absolutum est primum operationis membrum.

Secundo, Duplico quidquid post primū membrum operatio-
nis relictum est post Lunulam, produc-
tus 40, pono 0 inter puncta sub
6, &

DE QVADR: RADIC: EXTR. 135

6, & 4 sub 7. Tum quero 4 in 27
 quoties continentur? inuenio 6, que scri-
 bo post Lunulam, item sub figura 3 punto
 notata. Mox multiplico totum diuisorem
 406 per quotientem 6 proxime assum-
 ptum, prodeunt 2436, que abstraho a su-
 perioribus, remanent 327 pro sequenti o-
 perationis membro.

Tertio, Multiplico quidquid est post lu-
 nulam relictum secunda operatione absolu-
 ta, & producti

0 3 8 5 7

412, pono 2 3 2 7 4 6 (2067

sub 4, (nam . . .)

puncta sub 3 4 1 2 7

& 7 notata 2 8 8 8 9

in precedenti membro sunt absoluta) 1 sub 7, & 4

sub 2. Tum quero 4 in 32 quoties

continentur, inuenioq; 8, propter sequen-
 tem tamen numerum Diuisoris, accipio tan-
 sum 7. Scribo ergo 7. post Lunulam.

item sub ultima figura 6 puncto notata,

& simul per 7 quotientem proxime as-
 sumptum, multiplico totum diuisorem, pro-
 ductum 28889 abstraho a superioribus,

velinquitur 3857, quæ quadratum non
ingredimur, cuius quadrati radix est 2067.

N O T A.

Extracta radice integra alicuius numeri quadrati, posse residuum numerum esse, ad-equate duplo minorē, quam est integra radix. Nam cūm radix sit numerus unius ordinis quadrati, vt quadratum augeatur, duobus ordinibus ex duabus lateribus augeri debet, quod fieri nequit nisi radix inuenta duplicitur, & insuper ad duplum communis unitas utriq; ordini addatur. V. G. 4 est radix quadrati 16, vt quadratum proxime maius faciam, duplico raduem 4 & insuper addo 1 vt sint 9; hæc 9 addita ad quadratum 16, producunt proxime sequens maius quadratum 25, cuius radix est 5.

Examen huius operationis fit hoc modo. Radicem duco in seipsum, producto numerū residuum eo ordine quo sequitur more additionis a dextris incipiendo, addo, conflatum, si àquale, aut potius idem fuerit cum numero, cuius radicem inquirebam, optime est operatio peracta.

C A.

C A P V T I I.

De extractione radicis cubicæ.

Quemadmodum in extractione radicis quadratae notantur puncta alternatim, ita in extractione radicis cubicæ, notantur puncta duabus semper figuris prætermis, tertia puncto notatur, ut notata prima à dextris, notatur 4. 7. 10. 13 &c.

Habenda similiter & hic est tabula radicum cubicarum ab 1 usq; ad 9, hæc enim elici non possunt, sed aliunde computatae supponuntur.

| Radices | Quadrati | Cubici |
|---------|----------|--------|
| 1 | 1 | 1 |
| 2 | 4 | 8 |
| 3 | 9 | 27 |
| 4 | 16 | 64 |
| 5 | 25 | 125 |
| 6 | 36 | 216 |
| 7 | 49 | 343 |
| 8 | 64 | 512 |
| 9 | 81 | 729 |

Ipsam

Ipsam operationem aggressurus. Primo
inquiero radicem cubicam in toto numero, à
figura ultimo puncto notatā sinistram ver-
sus: radice ex tabula inuenta, pono eandem
post lunulam, ipsiusq; cubum, à numero su-
praproposito subtraho, reliquum, ut sit in diui-
sione supra numerum pono. Et hoc tantum
in primo membro obseruandum.

Secundo. Triplico radicem inuentam,
eiusq; producti primum à dextris pono sub
figura immediate sequente punctum penul-
timum, & sinistram versus, reliquos deinceps
sub alijs numeris.

Tertio, Productum per triplicationem
radicis multiplico per radicem ipsam, &
producti, quod Diuisor erit, primā figuram
à dextris, pono triplicato posterius uno nu-
mero sinistram versus.

Quarto, quaro quoties Diuisor contineat-
sur in numero supra posito, Quotientem scri-
bo post radicem inuentam, per quem multi-
plico diuisorem, productum sub ipso diuisore
pono à dextris incipiendo.

Quinto, Quotientem in se duco, seu ut di-
setur quadro, per quadratum multiplico tri-
plica-

DE EXTR: RADIC: CUBICÆ.
triplicatum, producti primam figuram pono
sub triplicati prima figura à dextris.

Sexto, Radicem cubicam Quotientis po-
no infra hoc modo , vt prima à dextris re-
pondeat figure puncto notatae.

Septimi, Omnes tres numeros in vnum
colligo, & collectum à cubo substraho, residuum
prosequenti membro repono.

Sic primo operationis membro absolute,
pergo ad secundum , omissoq; primo puncto,
à secundo operationem incipio, videlicet tri-
plico quidquid est post Lunulam , & prose-
quor iuxta datam doctrinam.

3 Exemplum.

$$\begin{array}{r} + 5 \ 1 \ 5 \ 2 \\ - 4 \ 2 \ 4 \ 5 \ 6 \ 7 \ 8 \ 9 \quad (34 \\ \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \end{array}$$

$$\begin{array}{r} 9 \text{ Triplum} \\ 2 \ 7 \text{ Divisor} \\ \hline 1 \ 0 \ 8 \\ 1 \ 4 \ 4 \\ \hline 6 \ 4 \text{ Cubus} \\ \hline 1 \ 2 \ 3 \ 0 \ 4 \text{ Summa} \\ \text{In-} \end{array}$$

Inquirenda est radix cubica huius numeri 42456789. Primo ex tabula inquiror radicem cubicam numeri 42, quae est 3, hanc post Lunulam pono, & cubum eius 27 subtraho a 42, & remanent 15.

Secundo, Radicem 3 inuentam triplo, & triplum 9 pono sub 5, penes figuram 6 puncto notatam.

Tertio, Triplum 9 multiplico per radicem 3, prodit Diuisor 27, cuius prima figuram 7 pono sub 4, & 2 sub 5.

Quarto, Quare quoties 27 continetur in 154, seu per 27 diuide 154, & Quotientem 4 (nam 5 iusto maior est, propter summam per multiplicationem producendam) scribo post Lunulam penes 3, simulq; per Quotientem 4 multiplico Diuisorem 27, productum 108 scribo directe sub Diuisore.

Quinto, Duco in se Quotientem, & per quadratum 16, multiplico triplum 9, produci 144, scribo primum 4 sub triplo, nempe sub 9, reliquas figuras deinceps.

Sexto, Quotientis radicem cubicam, qua est 64, ponenterio & infimo loco, ut eius prima

DE EXTR. RADIC: CUBICÆ. 47
 prima à dextris, videlicet 4, directè sub-
 iaciatur figura 6 puncto notata.

Septimo, Summam omnium 1230 4
 abstraho à superioribus, relinquuntur 3152
 pro sequenti operationis membro.

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|------|
| 3 | 1 | 5 | 2 | 7 | 8 | 9 | (347 |
| . | . | . | . | . | . | . | |

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---------|
| | | | 1 | 0 | 2 | Triplum |
| 3 | 4 | 6 | 8 | | | Divisor |
| — | — | — | — | — | — | — |
| 2 | 4 | 2 | 7 | 6 | | |
| | | | 4 | 9 | 9 | 8 |
| | | | | 3 | 4 | 3 Cubus |
| — | — | — | — | — | — | — |
| 2 | 4 | 7 | 7 | 9 | 2 | 3 Summa |

Absoluto primo operationis membro pergo ad secundum. Et in primo triplico istum, quod est post lunulam, produci 102, primā à dextris, videlicet 2, pono sub 8, circa 9 quod puncto notatur; priora enim puncta iam sunt absoluta.

Secundo, Triplicem 102 multiplico per Quotientem 34, producti 3468, qui est Divisor, primam 8 pono sub 7, reliquas deinceps.

Tertio

Tertio, Per Diuisorem diuide numerum supra positum, Quotientem 7 repono post lunulam, mox per eundem Quotientem multiplico Diuisorem 3468, productū 24276 pono directe sub Diuisore.

Quarto, Quadro Quotientem 7, quadratum 49 multiplico per triplum 102, produci 4998 primam 8 pono sub triplo prima à dextris, videlicet sub 2.

Quinto, Cubum Quotientis 7, 343 pono tertio & infimo loco, & quidem primam à dextris 3 sub 9 puncto notatam, reliquas deinceps.

Sexto, Productum 2477923 abstraho à superioribus & remanent 674886.


Numeri itaq^z propositi 42456789 radix cubica est 347.

In Quotiente accipiendo, habenda est ratio summa producenda, nam esto quiens adaequatus esse possit respectu totius diuisori, quia tamen aliquando summa abstrahenda maior producitur, quam numerus a quo fieri debet abstractio, ideo Quotiens minuendus erit.

Examen perficitur hoc modo. Radicem

duso

DE EXTR. RADIC: CUBICÆ. 143:
duco in se , ut prodeat Quadratum , rursus
hoc Quadratum multiplico per radicem ut
prodeat Cubus , cui cubo additum re-
siduum , si conflet eundem nume-
rum qui est propositus , ba-
nam reperio fuisse
operationem.



ARITH.

ARITHMETICÆ PRACTICÆ.

PARS V.

DE SPECIEBUS ASTRONOMICIS.

Astronomica Arithmetica quamvis in substantialibus non differat à vulgaris, tamen quia numerus numeratus frequentius in Astronomia varius est; iam enim gradus per minuta multiplicandi, iam ipsisdem per eadem diuidendi, iam minuta gradibus addenda aut subducenta veniunt; quæ tyronibus Astronomico studio addictis, magnam pariunt difficultatem. Hoc igitur compendiolo meo ipsisdem subuenire meum est intentum; quod ut facilius proponam, ab omnibus minutis seu fractionibus illud liberum facio.

C A.

C A P V T I.

De Numeratione.

Diuidunt Astronomi quemlibet Circulum in partes 360, quas gradus appellant. Nonnunquam, præsertim in tabulis motuum caelestium, omissa hac quasi mediata diuisione, diuidunt primo quemlibet circulum in partes 6, vel in 12, quas partes signa vocant: & quidem si circulus diuidatur in partes 6, vocant signa Physica seu Naturalia, propterea quod natura-
liter, nullo adhibito artificio, circulus eadem aperturâ circini, qua descriptus est, diuidatur in partes sex æquales. prout docetur in principijs Geometriae. Talibus signis nonnunquam uti solent Astronomi in conficien-
dis tabulis motuum caelestium, ut videre est apud Alphonsum Regem Hispanie, in nonnullis codicibus Antonij Magini, & alijs.

Qued si Circulus in partes 12 diuidatur, partes haæ appellantur ab Astronomis signa Communia, eo quod astronomi in ta-

bulis conficiendis hac diuisione communiter
vtantur.

Ruis sus quodlibet signum diuiditur in gra-
dus 30, vel in 60 si circulus in sex signa
diuidatur.

Quilibet gradus diuiditur in partes 60
qua^e minuta vocantur, quodlibet minutum
in partes 60, qua^e secunda; quodlibet
secundum in partes 60, qua^e tercia; quo-
libet tertium in partes 60, qua^e quarta ap-
pellatur, & sic consequenter usq^{ue} ad decim
minuta procedendo.

Causa huius tam multiplicis diuisionis est
amplitudo Circulorum caelestium, quos astron-
omibus suis describunt. Ut autem primo
intuitu statim sciatur quot particulae cuius-
huius diuisionis integrum circulum con-
stituant, sequens tabella
inspiciatur.

CIRCVLVS INTEGER CONTINET.

| | |
|---------|---------------------|
| Gradus | 560 |
| Minuta | 21600 |
| Secunda | 1296000 |
| Tertia | 777600000 |
| Quarta | 46656000000 |
| Quinta | 299360000000 |
| Sexta | 16796160000000 |
| Septima | 1007769600000000 |
| Oetava | 6046617600000000 |
| Nona | 362797056000000000 |
| Decima | 2176782360000000000 |

Porro numerus numeratus à varijs varie notatur, aliquando expresse supra numerum scribuntur, signa, gradas, minuta, secunda, &c. aliquando non supra, sed ante ipsos numeros; nonnunquam signantur quibusdam notis ante vel supra, gradus o, minuta vna virgula, secunda duabus, &c. ut videre est in sequentibus.

Signa. Gradus. Minuta. Secunda. Tertia.

| | | | | |
|---|----------|------------|----------|----------|
| 5 | 2 | 44 | 52 | 36 |
| 5 | Grad. 2. | Min: 44. | Sec: 52. | Tert: 36 |
| | | 0 | | |
| 5 | 2 | 44 | 52 | 36 |
| 5 | Grad. 2. | 1 44 11 52 | 111 | 56 |

C A P V T I I.

D e Additione.

Facili negotio hæc absolvitur, si gradus gradibus, signa signis, minuta minutis, secunda secundis, &c inuicem addantur. Hoc vnicum diligentissime obseruantur, si summa graduum ex mutua additione, in numerum 30 maiorem excreuerit, abigienda erunt 30, & vnitas antecedentibus signis (quandoquidem gradus 30 vnum signum constituunt) addenda, residuum sub gradibus sibi inuicem additis collocandum. In minutis vero primis, cum illorum 60 constituant vnum gradum, si ex additione oriatur major numerus quam 60,

ab-

DE ADDIT: ASTRONOM: 149

ab*ijcienda* 60, & *vnitas gradibus addenda*, *residuum sub linea ponendum* Similiter in alijs minutis minoribus, cum quodlibet illorū constituitur ex minoribus 60. si ex additione oriatur numerus maior quā in 60, ab*ijcienda* sunt 60, & *vnitas imme- diatē sequenti minuto maiori addenda*.

Exemplum.

| Signa | | Min. | Secunda. | Tertia. |
|-------|-------|-------|----------|---------|
| 7 | 24 | 52 | 36 | 48 |
| 8 | 16 | 45 | 7 | 54 |
| <hr/> | <hr/> | <hr/> | <hr/> | <hr/> |
| 4 | 11 | 37 | 44 | 42 |

Incipio operationem à dextris, à minutiis tertījs, & primo addo i*nūicem tertiam* 48 & 54, ex summa 102 abstraho 60, remanet 42, *vniatatem* referuo addendam secundis, cum 60 *tertia vnum* consti- tuant secundum.

Secundo, Addo *i*nūicem secundam** 36 & 7. Summa addo *vniatatem* seruatam, ut sint secunda 44.

Tertio, Addo *i*nūicem minutam** 52 & 45, ex conflato 97 subtraho 60 remanent 37, quibus cum ex additione secun-

G 3 dorum

dorum nihil seruauerim, nihil addo, sed tantum unitatem seruo propter abiectionem 60.

Quarto, Addo inuicem gradus 24 & 16, & summa addo unitatem, ut sint 41, ex quibus abstraho 30, cum gradus 30 unum signum constituant, remanent 11, & unum reseruo.

Quinto, Addo inuicem signa 7 & 8, & summa unitatem seruatam addo, ut sint signa 16, ex quibus abijo 12 (integer enim circulus ex 12 signis constituitur) remanent signa 4, & perfecta manebit operatio additionis.

Quod si numeri plurimorum ordinum veniant addendi, tot unitates reseruo, sequentibus addendas, quoties abijo 60 aut 30, ut ex hoc exemplo parum consideranti constabit.

| dig. | o | | " | " |
|------|----|----|----|------|
| 7 | 26 | 46 | 57 | 48 |
| | 24 | 53 | 48 | 37 |
| | 17 | 39 | 26 | 44 |
| | 9 | 9 | 20 | 13 |
| | | | | 9 |
| | | | | C A- |

C A P V T . I I I .

De Subtractione.

Quemadmodum Additio respicit numerum addendum eiusdem Denominationis, ita & subtractio. Et quidem quando sunt numeri à quibus fieri debet subtractio maiores subtrahendis, facilior est operatio, detracto enim numero inferiore a superiore eiusdem denominationis, residuum sub linea ponitur. Quod si nonnulli numeri subducendi maiores sint illis, à quibus subtractio fieri debet, mutuanda est unitas ab antecedente numero sinistram versus, & ex resoluenda in denominationem illius, à quo non potuit fieri subtractio, eidemq; addenda, & ab aggregato abstractio fiet.

Exemplum.

| Sign. | o | | | | | |
|-------|----|----|----|----|----|--|
| 7 | 12 | 54 | 16 | 23 | 42 | |
| 3 | 24 | 12 | 32 | 47 | 56 | |
| 3. | 18 | 41 | 43 | 35 | 46 | |

Incipiendo igitur à dextris. Primo, Cùm
 56 à 42 subtrah: non possint, assumo ex
 23 tertijs vnum tertium, & resoluo illud in
 60 quarta (tot enim sunt quarta in vno
 tertio ut dictum est) que coniuncta cum
 42 quartis, faciunt 102, à quibus 56
 quarta abstracta, relinquunt 46, sub li-
 nea ponenda.

Secundo, Cùm similiter 47 tertia à
 22 tertijs (vnum enim ex 23 tertijs ad
 quarta accepi) subtrahi non possint, ex 16
 secundis vnum in 60 tertia resoluo, qua-
 juncta cum 22 tertijs faciunt 82, à qui-
 bus 47 subtracta, relinquunt 35.

Tertio, Ut 32 secunda abstraham à
 45, resoluo prius vnum minutum acceptum
 à 54 in 60 secunda, que additis secun-
 dis 15, faciunt 75, à quibus abstracta
 32, relinquunt 43 secunda.

Quarto, Abstraho 12 minuta à 55,
 relinquuntur minuta 41.

Quinto, Cùm gradus 24 à gradibus
 12 abstrahere non posim, ex 7 signis re-
 soluo vnum in gradus 30, vt sit summa gra-
 duum 42, à quibus 24 gradus abstracti,
 relinquunt 18.

Sexto,

DE SUBTRACT. ASTRON. 113

Sexto, signa 3 abstrahatur à signis 6,
relinquuntur signa 3, & absoluta manet
operatio.

Quod si in aliquo numerorum superiorum
siphra fuerit, à qua vnitas accipi non possit,
vt ea resoluatur, accipienda est ab alio nu-
mero siphram antecedente, & resoluenda
est, primo in denominatorem illius numeri
cuius est siphra, deinde ex sic resoluta vni-
tate, assumenda est vnitas, & in ylteriori
denominationem resoluenda.

Exemplum:

Subtrahendi veniunt hi numeri.

| | | | | |
|---|----|----|----|----|
| 4 | 0 | 34 | 0 | 24 |
| 2 | 6 | 52 | 42 | 12 |
| 1 | 33 | 41 | 18 | 12 |

Subduco primo 12 quarta à 24. ma-
nent 12. Secundo 42 tertia cum à siphra
subduci non possint, accipio vnum à 34 se-
cundis, & resoluo illud in 60 tertia, à qui-
bus abstracta 42, relinquunt 18 tertia.

Tertio, Ut abstrahum 52 secunda à 33, & cùm à minutis vnitatem accipere non possum, resoluo prius vnum gradum in minuta 60, à quibus accipio vnum, & resoluo illud in 60 secunda, vt summa secunderum, à quibus fiet subtractio, sit 93, ab his abstracta 52, relinquunt 41.

Quarto, Minuta 6 abstraho à 59 minutis, relinquuntur 53.

Quinto, Gradus 2 à 3. relinquitur gradus unus.

Vel sic ad vitandum incipientium confusione, reducantur ante operationem subtractionis, numeri à quibus subtractio fieri debet, ad minores denominations, & prius toti in suis locis ponantur, & tunc facilius & sine villa erroris suspitione operatio perficietur.

Exemplum idem sic stabit.

| | | | | |
|---|----|----|-----|-----|
| 0 | 1 | 11 | 111 | 111 |
| 3 | 59 | 93 | 60 | 24 |
| 2 | 6 | 52 | 42 | 12 |
| — | — | — | — | — |
| 1 | 53 | 41 | 18 | 12 |

C A-

CAPVT IV.

De Multiplicatione.

Ante operationem multiplicationis considerandi sunt numeri multiplicans, & multiplicandi, & omnes ad denominationem minimi numeri reducendi. Reducuntur autem numeri maioris denominationis ad minoris denominationis numeros, per multiplicationem illius numeri, ex cuius unitatibus unitas numeri maioris componitur. Ut quia ex 30 gradibus unum componitur signum, dum signum in gradus resoluendum venit, per 30 multiplicandum est; item gradus componitur ex minutis 60, ideo gradus dum resoluitur in minuta, per 60 multiplicandus est, & idem dicendum est de sequentibus denominationibus numerorum, quae cum omnes componantur ex 60 unitatibus minoris denominationis, dū rursus in eandem soluantur, per 60 multiplicande sunt.

Numero multiplicando & multiplicante

ad minutas denominaciones resoluto, multiplicatio iuxta primæ partis caput & instituenda, qua peracta, productum per multiplicationem, diuidendum est per Denominatorem fractionis, qui continuo erit, vel 3600, si multiplicatio fuerit minutorū ad inuicem, vel 60, si multiplicatio fiat minutoriam primorum tantum cum gradibus. Quotiens est numerus per multiplicationem producius.

Exemplum.

Sint multiplicandi gradus 4 minuta 34, per gradus 3, minuta 16. Resoluo in primis gradus 4 ad minuta, & cum 60 minuta vnum gradum constituant, multiplico & per 60, & producto 240 addo minuta 34, ut sit summa multiplicandi 274. Similiter resoluo gradus 3, ad minuta multiplicando 3 per 60, producio 180 addo minuta 16, & prodit multiplicans 196.

Multiplico itaq; minuta 274 per minuta 196.

Multi-

| | | | | |
|----------------|---|---|---|-----|
| Multiplicandus | 2 | 7 | 4 | |
| Multiplicans | 1 | 9 | 6 | |
| | 1 | 6 | 4 | 4 |
| Producti | 2 | 4 | 6 | 6 |
| | 2 | 7 | 4 | |
| Summa | 5 | 3 | 7 | 0 4 |

Diuisor 60. Quotiens 8 9 5 minutæ,
seu gradus 14 minutæ 55.

Exemplum secundum.

Multiplicanda sunt min: 50 sec: 43.
per min. 30 sec: 23. Reduco multiplicandum ad minimum denominationem, ut
sint secunda 3043, Item multiplicantem
ut sint secunda 1823. Multiplico hac ad in-
uicem.

| | | | | | |
|----------------|---|---|---|---|-------|
| Multiplicandus | 3 | 0 | 4 | 3 | |
| Multiplicans | 1 | 8 | 2 | 3 | |
| | 9 | 1 | 2 | 9 | |
| | 6 | 0 | 8 | 6 | |
| 2 | 4 | 3 | 4 | 4 | |
| 3 | 0 | 4 | 3 | | |
| Summa | 5 | 5 | 4 | 7 | 3 8 9 |
| | | G | 7 | | Diu- |

Diuisor 3600 Quotiens 1540 se-
cunda, quæ faciunt 25 min: 40 secun-
da. Diuisus enim Quotiens per 60, pro-
duit nouns Quotiens 25, quæ sunt minuta
per multiplicacionem producta, & residuum
40 sunt secunda, prouenientia ex eadem
multiplicatione.

In fractione exemplum sic staret,

$$\begin{array}{r} 43 \\ \text{minuta } 50 \end{array} \quad \begin{array}{r} 23 \\ \text{minuta } 30 \end{array}$$

$$\begin{array}{r} 60 \\ 60 \end{array}$$

vel sic resolutum.

$$\begin{array}{r} 3043 \\ \text{Secunda.} \end{array} \quad \begin{array}{r} 1923 \\ \text{Secunda} \end{array}$$

$$\begin{array}{r} 60 \\ 60 \end{array}$$

Atq[ue] ita multiplicata min. 50 secunda
43 per minuta 30 secunda 23, dant
minuta 25 secunda 40.

C A P V T V.

De Diuisione.

Resoluendi sunt similiter omnes numeri, tam Diuidendi quam Diuisoris, usq; ad minimum denominationem numeri, qui reperitur in Diuisore, qua facta operatio iuxta cap. 5. p. 1. instituenda. Quotiens dat numerum maxime denominationis in Diuidendo inuentum, residuum si quod fuerit, reducendum est ad minorem denominationem, multiplicando illud per 60, productum per eundem diuisorem diuidendum, Quotiens dat proxima denominationis minoris numerum: residuum rursus per 60 multiplicandum & per eundem diuisorem diuidendum, donec perueniatur ad Quotientē ultimā denominationis in Diuidendo.

Exemplum primum.

Sint diuidendi gradus 10 minuta 20 per gradus 2. minuta 40. Reduco diui-

endum
atnum

dendum ad minuta ut sint 620, Item diuisorum ad minimam denominationem, ut videlicet sint minuta 160. Tum diuido 620 per 160 Quotiens 3 est numerus graduum; residuum 140, multiplico per 60, productum 8400 diuido per 160, Quotiens 52 est numerus minutorum, Et cum minoris denominationis numerus non inueniatur in diuidendo, perfecta manet operatio.

In fractione exemplum sic staret.

$$\begin{array}{r} 20 \\ \hline 10 \\ \hline 60 \\ 2 \quad \hline 40 \end{array}$$

seu Quotiens $\frac{3}{3} 52$

$$\begin{array}{r} 620 \\ 60 \\ \hline 160 \end{array}$$

Exemplum secundum.

Sint diuidendi gradus 5 minuta 54 per minuta 30, Resoluo diuidendum ad denominationem diuisoris, nempe ad minutas,

ria, 354 diuisore, cum vnius tantum sit
denominationis, intacto relicto. Diuidi
itaq; 354 minuta per 30, Quotiens 11
dat gradus, residuum 24 multiplico per
60, productum 1440, diuido per 30,
Quotiens 48 est numerus minutorum.

In fractione numeri sic starent.

$$\frac{54}{1}$$

$$\frac{60}{1}$$

$$\frac{60}{60}$$

$$\frac{30}{30}$$

seu

Quotiens 11 48.

$$\frac{354}{1}$$

$$\frac{60}{1}$$

$$\frac{60}{60}$$

$$\frac{30}{30}$$

Quod si numerus diuidendus minor sit di-
uisore, quod frequenter accidit in calculo E-
clipsiū luminarium, vt dum scrupula mo^ra
dimidia, quæ pauciora sunt nonnunquā mi-
nutis motus horarij Lunæ, diuidenda sunt
per scrupula motus horarij luna; tunc adhi-
benda est aurea regula hoc modo. Scrupu-
la

la motus horarij, plura vel pauciora prout
incident, dant horam vnam, seu minuta 60,
seu secunda 3600, quot dabunt scrupula
mora dimidia, Quotiens soluet questionem.

CAPVT VI.

De parte proportionali.

Quartus numerus qui in regula aurea
seu proportionum inquiritur, in Astro-
nomicus pars congruens, seu propor-
tionalis appellatur. Huius partis proportiona-
lis frequentissimus & latissimus est usus in
calculo Astronomico, quam inquirendi, ut
modum aperiam, assumo exempla Astrono-
mica in particulari, nam in genere de bac-
re vix aliquid utiliter dici potest.

Exemplum primum.

Ex tabulis astronomicis assumo prosthaphæreses seu æquationes Solis: & quidē gradibus 37 seu signo vni gradibus 7 com-
petit prosthaphæresis solis grad: 1 min 11.
sec. 48. Gradibus vero 38 seu signo vni,
gr.

grad. 3 competit prosthapharesis grad. 1.
 min. 13 secun. 28. Quare iam gradibus
 37. min. 26 qua prosthapharesis compe-
 tit? In primis accipio differentiam inter
 prosthapharesim gradus 37 & gradus 38
 qua est minutorū 1 sec. 40. seu secund.
 100. Tum Dico si per vnum gradum, à gra-
 du videlicet 37 ad gradum 38, crescit
 prosthapharesis min. 1 sec: 40, seu secun.
 100, quantum crescat per 26 minuta qua
 sunt ultra gradum 37?

Exemplum sic stabit.

| Gradus. | Differen: | Minuta | Quotiens |
|----------|--------------|--------|----------|
| 1 | min.1.sec:40 | 26 | |
| vel | vel | vel | secun. |
| min:60 | sec. 100 | 1560 | 43 |
| sec:3600 | sec. 100 | 1560. | |

Facta itaq; operatione reperio per Quo-
 tientem partem proportionalē secunda 43,
 qua adiuncta prosthapharesi gradus 37
 videlicet grad. 1. minut: 11. secun: 48,
 prodit prosthapharesis grad 1. min 12. sec. 31.
 respondens gradibus 37 min. 26.

Exem-

Exemplum secundum.

Graduum 22, minut: 10 est sinus rectus 37730, graduum vero 22 minut: 11 est sinus rectus 37757. Cupio scire grad: 22. minut: 11 secun: 20 quis sit sinus rectus. Inquiero in primis differentiam inter secundum minut: 10 & minut: 11 supra gradum 22, quod per se abstrahendo unum sinum ab alio, residuum 27 est differentia qualis. Tum Dico si per unum minutum seu secunda 60, crescit sinus numeris 27, per secunda 20 quot numeris crescat.

Exemplum sic stabit.

Secun. 60. Diff. 27. Secun: 20. Quotiens 9

Facta itaque operatione, Quotiens 9 ostendit totidem numeris crescere per secundam 20 sinum rectum. Atque ita sinus rectus adaequatus graduum 22. minut: 10. secunda 20 est 37739.

ARITH-

ARITHMETICÆ PRACTICE.

PARS VI.

DE PARTIBVS A- RITHMETICAЕ CALCVLARIS.

Calcularis seu Linearis Arithmetica maximus & latissimus est usus, in rationibus dati & accepti computandis; seu in inquisitione summa varijs temporibus per partes accepta aut expensa. Quod enim scribendo, praesertim varias & minutas pecuniarum summas, esset difficultatum, hoc calculos ponendo facillimum & expeditissimum est.

CAPV T I. De Numeratione.

Incipiendum hic est ab inferiore linea, in qua calculi positi valent scipios; in secunda

166 PARS VI. CAP. I.

da linea positi valent decies seipso, in tertia centies seipso, in quarta millies seipso, in quinta quinquagesies millies seipso, in sexta centies millies seipso, in septima millies millies seipso, & sic consequenter sufficit tamen istabula cum 7 lineis conficiatur in quibus numeratio ad milliones fieri potest.

| | 1m | 2m | 3m | 4m |
|---------|---------|-------|-------|-------|
| 1000000 | ● | * | * | * |
| 500000 | ● | | | |
| 100000 | ● | ● | | |
| 50000 | | | | |
| 10000 | ●●●● | ●●●● | | ● |
| 5000 | ● | ● | ● | |
| 1000 | ●●●● | * | ●●●● | * |
| 500 | ● | ● | | |
| 100 | ● | ● | | ●●● |
| 50 | ●●● | ●●● | ●●●●● | |
| 10 | ●●● | ●●● | ●●●●● | |
| 5 | ● | | | ● |
| Vnum | ●●●● | | ●●●● | |
| dus | valor. | valor | valor | valor |
| Ec. | 1748633 | 45670 | 19042 | 10305 |

DE NUMERAT. CALCVL:

167
Rursus in spatijs inter lineas calculi positi, quinq^u proximè inferiori lineæ calculos continent, post primam lineam positi valent quinq^u; post secundam quinquaginta, post tertiam quingentos, post quartam quinq^u millia, post quintam quinquaginta millia, post sextam quingenta millia. Ponuntur autem calculi inter lineas ad vitandam cōfusionem, prouenientem ex multitudine calculorum in una linea positiorum; unde non plures in una linea calculi ponî debent quam quatuor, qui si plures fuerint, quinq^u ex linea demuntur, & unus in medio super lineam ponitur.

Porro quemadmodū in Arithmeticā manuali, numeri milenarium numerum significantes punctis notantur, ita & in calculari linea eundem milenarium numerum significantes notantur crucibus, ad maiorem distinctionem.

Calculorum in exemplu positiorum hic est
valor. In primo Millies millia, septingenta quadraginta octo millia, sexcenti triconta octo. In secundo Quadraginta quinq^u millia, sexcenti septuaginta. In quarto Decem Millia trecenti quinq^u.

C A-

CAPUT II.

De Additione.

Additionis Linearis hoc modo perficitur summa in uicem addenda in diuersi columnis ponuntur, & summa ex illis proueniens ponitur in columna sequente. Addendi autem sunt calculi calculus in eadem linea, aut in eodem spatio positis, & summa in linea aut in spatio ponenda, prout conflatum maius aut minus fuerit.

Exemplum.

Sint hæc summa addenda 788 & 383. In primis addo tres calculos ad tres alterius columnas & proueniunt 6, ex quibus aufero, ut vnum in infima linea relinquantur, & quinq^u, vnum calculum ponendo colloco inter lineas, que iungo cum alio calculo intermedio faciunt 10; pono itaq^{ue}, vnum calculum in linea secunda ut sint 7 ex quibus rursus aufero 5, & relinquo 2 in secunda linea, vnum vero, propter ablationem

| Addendi | | Summa |
|---------|-------|-------|
| * | * | * |
| ● | ●●● | ● |
| ●● | ●●●● | ●● |
| ● | ●● | ●● |
| ●●●● | ●●●● | ●● |
| valos | valos | valor |
| 783. | 383. | 1171. |

tionem s pono inter lineas. Deinde compono duos calculos intermedios, & faciunt decem; pono ergo vnum in linea tertia ut sint 6, & quibus aufero s, qua composta cum alijs s (nam calculus intermedius s significat) faciunt decem in quartalinea ponenda. Atq; ita perfecta manet operatio. Summa vtriusq; sunt mille centum, septuaginta vnum

Examen operationis fit per subtractionem

M NEM

nem, si enim una summa addendorum ex summa totali subtrahatur, relinquitur alia summa addendi, si fuit bona operatio.

CAPUT III.

De Subtractione.

Subtractionis hac est praxis. Unius columnae calculi subducuntur ex calculis alterius columnae, accipiendo tot calculos ex columnae linea maioris numeri, quod sunt calculi in eadem linea minoris numeri, seu subducendi. Quod si in eadem linea non sunt tot ut possint subduci, resoluendus est unus calculus superioris linea in duos calculos qui inter lineas sunt ponendi, aut in calculos decem qui ponantur in proxime sequente linea, vel etiam si adest, resolvari calculus in medio positus in partes seu calculos 5, qui ponantur in linea proxime sequentie.

Exod.

Exemplum.

| Integer | Subtrah. | Residuum |
|---------------|---------------|---------------|
| * | * | * |
| • • • | • | • |
| • | • | • |
| • • • | • • • | • • • |
| • | | |
| valor
1375 | valor
682. | valor
693. |

Subducendi sunt 682, & 1375. Subducō in primis duos calculos ex 5 resolūendo vnum intermedium in 5, quos in ſimilis linea pono, residuum tres calculos in eadem ſimilis linea relinquo. Deinde cūm calculi tres ſecunda linea ex duobus subduci non poſſint, resoluō intermedium in quinqꝫ, quos in linea pono ut ſint 7, &

quibus tria subducentur relinquuntur 4, in linea secunda residui, ponenda.

Rursus intermedium 5 ut subducamus resoluto vnum ex tertia linea, in duos calculos quos in medio pono, à quibus vnum subtractum relinquitur vnum in medio ponendum. Tandem vnum in linea possum subducere à duobus, relinquitur vnum, in tertiis linea ponendum.

Deniq^z intermedium abstrahatur (resoluto prius calculo qui est in 4 linea, in duos) à duobus, relinquitur calculus unus ponendus in media supra tertiam lineam.

Examen, quemadmodum alias dictum est, sit per additionem, si enim residuum cum subducendo inuenientur addantur, prodit integer numerus à quo facta est subtractione.

CAPUT IV.

De Multiplicatione.

Quemadmodum in multiplicatione quatuor numeri scriptis perficitur, prima si-

gura

gura à dextris producti primi, ponitur immediate sub multiplicantū prima figura à dextris; secundi producti figura prima, sub secunda figura multiplicantū &c. Ita & in Multiplicatione calculari, primi producti priores calculi ponuntur in ea linea, in qua numeri multiplicantis prima figura ponitur, secundi producti, ponuntur calculi primi, in eadem linea in qua ponitur ipsa figura multiplicans & sic consequenter ascendendo.

Hoc unicum hic diligenter obseruandum est, ut dum multiplicatio absolutur, ad vietandas errores, ponatur digitus manus sinistra in ea linea, in qua iacet Calculus multiplicandus. Numerus autem calculatorum, tam multiplicandorum quam multiplicantium, sumatur compositus ex calculis in linea, & immediate in spatio superiore positus.

Exemplum.

Sit multiplicandus hic numerus 1282
per 23. Primo pono digitum in prima li-

Mul-ti- Multia
plican- plicās Producti
dus

mea in qua sunt duo calculi multiplicandi,
¶ Dico ter duo sunt 6, pono ergo unum calculum in prima linea tertia distinctionis, ergo unum supra inter lineas. Secundo premo usque digitum ad secundam lineam ubi sunt calculi tres, quos coniungo cum intermedio, ¶ Dico ter octo faciunt 24, pono 4 calculos in secunda linea, ergo duos reseruo. Tercio

DE MVLTIPL: CALCVLAR. 175

tiò promoueo à digitum ad tertiam lineam in qua iacent calculi duo, & Dico, ter duo sunt 6, quibus addo 2 seruata faciunt 8, pono itaq; tres calculos in tertia linea, & vnum supra in medio. Quarto promoueo digitum ad lineam quartam, ubi iacet unus calculus, & Dico ter vnum sunt tria, pono ḡ tria in quarta linea, & absolutus manet primus numerus multiplicantis.

Pari modo eundem multiplicandum multiplico per alterum numerum multiplicantis, nempè per 2, & Primo pono digitum in prima linea in qua multiplicandi calculi 2 iacent, & Dico, bis 2 sunt 4, pono ḡ 4 calculos in quarta distinctione in secunda linea, in qua & multiplicans 2 ponitur. Secundo promoueo digitum ad secundam lineam ubi iacent 3 calculi multiplicandi, quos iungo cum uno intermedio, & Dico bis 8 sunt 16, pono 6 in tabula, ponendo vnum calculum in tertialine, & vnum supra in medio, unitatemq; seruo. Tertio promoueo digitum ad tertiam lineam in qua sunt calculi 2 multiplicandi, & Dico bis 2 sunt 4, quibus ad-

do unitatem seruatam, ut sint 5, poneq_z
vnus calculum in medio supra quartam li-
neam. Quartò pone digitum in quartam
lineam, vbi est calculus unus, & Dico bus v-
num sunt 2, poneq_z duos calculos in quin-
ta linea & absoluta manet operatio multi-
plicationis quoad secundum numerum mul-
tiplicantis. Hi duo numeri per multiplicati-
onem singulorum numerorum producti, per
additionem cap 2. hic expletatam in vnum
componantur, & manebit perfecta multi-
plicationis operatio.

Quod si calculi multiplicantes plures
fuerint, pergenda est ad alios, & prout mo-
tus, collectio calculorum numeri producti,
incipiat ab illa linea, in qua iacet numerus
multiplicans.

Examen fit per Diuisionem, si enim sum-
ma diuidatur per multiplicantem pro-
dibit multiplicandus, si fueris
operatio bona.

C A P V T V.

De Diuisione.

Diuisione linearis operatio non differt ab operatione diuisionis figurata, nisi quod hic diuisor non promoueat ex linea ad lineam, sed iantum digito manus sinistra designatur promotio diuisoris. Incipit operatio à parte superiore, in cuius supremæ linea calculo, si diuisorem ne semel habere possim, compono calculos supremæ linea cum calculus linea sequentis.

Quotiens ut bene collocetur, ante omnia considero, quæ operationes diuisoris institui possint, seu quoties diuisor promoueri possit ut tot linea ab infima primos calculos quotientia collocem.

Exemplum.

Sunt diuidenda 12832 per 608 Primo cùm 6 ne semel in uno reperio, pono digitum in qua linea & Dico 6 in 12

H s

quiesce

quoties reperiuntur? & inuenio bis; pone
ergo 2 in secunda linea, cum tantum
duas operationes in hoc exemplo instituerem
possim. Secundò multiplico per quotien-
tem 2, diuisoris calculos 6, & dico bis
6, sum 12, ablatu^m 12 ex 12 cal-
culis

culis diuidendi, remanet nihil in quarta & quinta linea. Deinde cum in diuisore sequens linea calculo careat, eandem omitto, & mox multiplico 8 per quotientem 2 fiunt 16, quae abstraho à calculus superioribus, à linea secunda incipiendo, in qua cum tantum tres calculi inueniantur, resoluo unum ex tertia linea sumptum, & unum pono in medio, quinq[ue] verò calculos pono in secundalinea vt fiunt 8, à quibus abstracta 6 relinquunt 2, & unum ex tertia linea, vt totus numerus pro sequente operationis membro relinquatur.

672.

Promoueo diuisorem, quod perficio promouendo digitum manus sinistra ad tertiam lineam, in qua, cum intermedio & quiualenter sunt 6 calculi, & Dico 6 in 6 habeo semel: pono ergo unum calculum in infima linea, & per unum secundum diuisorem multiplico. Dicendo semel 6 sunt 6, aufero 6 à 6, remaneat in tertia linea nihil: Deinde semel 8 sunt 8 (nam in secunda linea diuisoris nihil ponitur) & quia 8 à duobus calcu-

130 PARS VI. CAP. V. DE DIVIS.

lis in prima linea posita abstrahere non possum, resoluo vnum calculum assumptum ex secunda linea in 10, quos cum duobus iungo, ut sint 12, à quibus abstracta 8 relinquunt 4. atq[ue] adeò totum residuum 64.

Examen fit per multiplicationem, Divisor enim multiplicatus per Quotientem dat Dividendum, si residuum ad productum addatur.



D e

DE DIVINATIONI- EV S ARITHMETICIS.

SVnt nonnullae communes Arithmetica Diuinationes, quibus animos hominum cùm sciam non parum recreari, ideo eas hinc subiungere placuit.

DIVINATIO I.

QUOMODO numerus ab uno conceptus inuestigetur?

IUbe eum triplicare numerum quem concepit, triplicatum deinde in duas aquales partes diuidere, quod si fieri non possit adde ei unitatem.

Iterum iube medium partem triplicare, triplicatum in duas aquales partes diuidere, quod si fieri non possit, adde eti unitatem. Deinde, iube ex media parte abidere, quonies poterit, tu vero ad singulm abiectiones nouenary numeri seruatibi 4. Com-

112 DE DIVINATIONIBVS
posito quaternario adde vnitatem, si prima
triplicationi addidisti vnitatem, si vero secun-
da, adde 2, conflatum est numerus mentis
conceptus.

Exemplum primum.

Concepit quis numerum 8, huius tri-
pluna sunt 24, hec diuisa in duas partes,
qualibet constabit 12. Rursus 12 triplum
36, cuius dimidium sunt 18, à quibus cum
bi nouem abisci possunt, colligitur eum con-
cepisse 8.

Exemplum secundum.

Concepit alter 11. cuius triplum sunt
33, & cum 33 in duas partes æquales di-
uidi non possint, addenda est vnitas ut sint
34, & dimidium 17. Rursus dimidium
17 triplicatum dat 51, quæ cum in duas
partes æquales diuidi non possint addenda
est vnitas ut sint 52, quorum dimidium
sunt 26, à quibus cum bis 9 abisci pos-
sint, ad singulas abiectiones seruanda sunt
6, ut sint 8. Verum cum tam ad primam
quam

quād ad secundam triplicationem addita
est ynitatis, addenda sunt ad 3 tria, vnum
quidem propter priorem, 2 verò propter
secundam additionem ynitatis, conflatum
ii est numerus mente conceptus. Quod que-
rebatur.

DIVINATIO II.

Quomodo numerus à pluribus
conceptus inuestigetur?

Questioni huic cumulatissimè satius fit
per Regulam falsi prime positionis p.
3. c. 4. traditam, dummodo in pro-
portione certa secundum ordinem, videlicet
dupla, tripla &c. numerum concipient.
Ex quorum omnium numerorum summa, fa-
cile cuiusvis numerus mente conceptus enun-
ciatur, prout Exemplum secundum ibidem
adductum manifestum reddit.

DIVINATIO III.

Quomodo tres res absconditæ
investigentur?

Si tres res, à tribus personis abscondantur,
quam quævis accepit hoc modo inuesti-
gabis. Ponantur ordine tres personæ,
item tres res quarum prima in liceat hic vo-
care A. secundam B. tertiam C in me-
dium pone calculos 24, ex quibus da pri-
ma personæ 1. secundæ 2. tertia 3.

Deinde in tua absentia accipiat unusquisque
ex illis tribus rebus quam voluerit, hac ta-
men lege, ut qui acceperit rem A, ex reli-
quis 18 calculis, accipiat tot quot in ma-
nu habet. qui vero rem B, duplo plures
quam tuilli perrexeras, demum qui rem C,
quadruplo plures accipiat calculos quā ha-
bet in manu. Tum reuersus respice calculos
residuos, qui continuo erunt aut 1. aut 2.
aut 3. aut 5. aut 6. aut 7. Si igitur
unus sicutum residuus fuerit calculus, tunc
primus accepit A, secundus B, tertius C.

Si

| | | |
|---|-------------|-------------|
| I | 1
2
3 | A
B
C |
| 2 | 1
2
3 | B
A
C |
| 3 | 1
2
3 | A
C
B |
| 5 | 1
2
3 | B
C
A |
| 6 | 1
2
3 | C
A
B |
| 7 | 1
2
3 | C
B
A |

Si sex tunc primum C, secundum A, tertium B accepisse pronunciabis, Et sic de reliquo ut figura monstrat.

Verr-

Versus memoriam adiuuantes.

Ordine directo reddendum denotat vnus.

Ast duo : dant primo mediū, primūq; secūdo,

Tres: primū primū, mediū sed tertius aufert.

Quinq; : dabit primum extremus, primūq;
secundum.

Sex. prior extremū seruat, primūq; secūdus.

Septē : dat prior extremū, mediūq; secūdus.

DIVINATIO IV.

Quomodo annulus inter multos
absconsus, à quo , in quo digi-
to , & articulo habeatur
inquiritur?


Ante omnia ordine longo collecta omnes
inter quos occultari annulus debet, tum
digitorum 10 manus sinistra & dextra,
incipiendo à pollice manus sinistra qui pri-
mus sit, & ultimus erit pollex manus dextre,
vel è contra: item articulos, primus sit pro-
ximus vngui, ultimus ad volam, vel è con-
tra

tra. His dispositis in tua absentia annulus
occulterur.

Tum reuersus, iube in secreto te non au-
diente, numerare, quata persona sit in or-
dine a primo incipiendo, que annulum ha-
bet; numerum illius iube duplicari, dupli-
cato iube 5 addi, productum iube multipli-
cari per 5, huic producto iube addi nume-
rum digitorum, & conflatum iube multipli-
cari per 10, multiplicato iube addi nume-
rum articulorum summam vltimam iube ri-
bi ostendi. Ex summa abiice 250, residui
primus numerus a dextris articulum, secun-
dus digitum, tertius siue sit articulus, siue
Digitus siue compositus numerus indicabit
personam, quata sit in ordine.

Exemplum primum.

Occultet Vigesimus in ordine annulum in
digito 4 in articulo secundo . 20 dupli-
cata sunt 40, quibus 5 addita sunt 45.
Hac multiplicata per 5 sunt 225, quib-
us additum numerus digitorum 4, faciunt
229. Rursus 229 multiplicata per 10
produ-



produ-

ARITHMETICIS.

producunt 2290, quibus additus numerus articulorum 2, dant 2292. Ab hac summa abstracta 250 relinquunt hunc numerum 20 4 2 cuius 2 significant articulum secundum, 4 digitum quartum, 20 personam qua annulum habet.

Vnum hic obseruandum moneo, dum pro secundo numero remanet siphra, signum est in decimo digito, celatum esse annulum, ac consequenter ex numero personarum accipienda est unitas, & siphra addenda, ut constituat 10, numerum videlicet digitorum.

Exemplum.

Habeat annulum 23 in ordine in articulo primo, digito decimo. Numerum personarum habentis annulum duplo, prodeunt 46, quibus addita 5 faciunt 51, hac multiplicata per 5, dant 255, quibus addo numerum digitorum 10, ut sint 265: hoc productum multiplicato per 10, prodeuntq^z 2650 quibus addo unitatem, & ex summa 2651 abstraho 250, remanens 24 o 1. aufero itaq^z ex 24 unitatem & addo eam siphra, & pronuncio, vigesimum

DE DIVINAT. ARITHM.
mum tertium in ordine in articulo primo, in
decimo digito habere annulum.

Perro ut indagatio maiorem pariat ce-
lantibus admirationem, potest aliter perfici,
addendo ad duplicatum numerum persona
annulum habentis, 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7.
8. 9. 10. &c. sed tunc si addatur vnitas
ex ultimo producto auferantur 50, si 2,
auferantur 100, si 3, auferantur 150,
si 4, auferantur 200, si 5, auferan-
tur 250 vt dictum est, si 6, auferantur
300, & sic consequenter addendo toties 50
quæ fuerint vnitates in numero addito. Seu
nummerus qui subducitur ex ultimo numero
producto, toties continet 50, quæ
vnitas continetur in numero ad-
dito, ad numerum dupli-
catum persona ce-
lantis annu-
lum.

F I N I S.

A. M. D. G.

Sixty B

